SACRA RITUUM CONGREGATIONE

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO DOMINO

CARDINALI FERRETTI

RELATORE

PANORMITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

ALOYSII LA NUZA

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS JESU

NOVISSIMA POSITIO

SUPER VIRTUTIBUS

Cum Summario Additionali

ROMÆ

EX TYPOGRAPHIA REV. CAM. APOST.

1846

PANORMITANA
BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS
VEN. SERVI DEI
ALOYSII LA NUZA
SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS JESU

FACTUM CONCORDATUM

Postremæ huic disceptationi quæ initur de Virtutibus heroicis Ven. Aloisii La - Nuza, eorum omnium quæ in Causa gesta sunt brevem enarrationem de more præmittam.

Romam delatis Ordinariis processibus super Fama sanctitatis Virtutum et Miraculorum, et Noncultu V. Servi Dei, Sacra hæc Congregatio eos aperiri posse rescripsit die 19 Aprilis 1670, idque rescriptum Pontifex confirmavit die 26 Julii ejusdem anni.

Dein petente Causæ Postulatore die 14 Novembris anni 1676 Sacra Congregatio censuit deputari posse in Causæ Relatorem R̃mum D. Cardinalem Bonacursium, eique rescripto SS̃mus annuit die 7 Decembris ejusdem anni.

Insequenti anno die 16 Januarii cum Rmus Relator apud Sacram Congregationem disseruisset de iis quæ in Ordinariis processibus tum super Fama tum super Noncultu conditis habebantur ad obtinendam Signaturam Commissionis Rmi Patres responderunt = *Nimis propere* =

Defuncto autem Rmo Causæ Ponente cum Postulatio alium ei sufiici poposcisset, qui de introducenda Causa referret, et Rmus Auditor SSmi respondisset = *Alla Congregazione de' Riti che di nuovo esamini* = S: Congregatio perstitit = *in decisis* = die 13 Februarii ejusdem anni.

Benignius eas preces excepit Clemens XI. votisque Postulationis

annuit die 16 Julii anni 1701 sufficiens defuncto Ponenti Rmum D. Cardinalem Fabronum, qui de Processuum materia ad Signaturam assequendam referret.

Poposcit deinde Postulatio causam proponi posse in Congregatione ordinaria absque interventu et voto Consultorum, et Rmi Patres id concedendum censuerunt die 2 Julii anni 1712, ac Sanctissimus rescriptum confirmavit die 12 ejusdem mensis et anni.

Interim exhibito alio processu Agrigenti condito auctoritate ordinaria super Fama sanctitatis, Virtutum et Miraculorum Ven. Servi Dei Sacra Congregatio eum aperiri posse rescripsit, servatis servandis, die 20 Augusti anni 1712, idque responsum die 27 ejusdem mensis Pontifex confirmavit.

Insequenti anno die 12 Januarii proposito dubio super Signatura Commissionis Rmi Patres audito in voce et in scriptis R. P. D. Prospero de Lambertinis tunc Fidei Promotore signandam esse Commissionem duxerunt, demptis documentis extrajudicialibus e Processu: et die 17 Februarii ejusdem anni S. Congregationis sententia a Summo Pontifice fuit confirmata.

Actum deinde fuit de noncultu die 1 Julii 1713 sed non aeque prospere res cessit. Objiciente enim eodem Fidei Promotore Sacra Congregatio respondit = *Dilata et ad mentem* = et mens fuit, ut fierent novae diligentiae extrajudiciales super noncultu cum assistentia Promotoris Fiscalis juxta instructionem R. P. D. Promotoris: et die 8 ejusdem mensis rescripto accessit Pontificis auctoritas.

Hisce diligentiis peractis, refereute Cardinale Fabrono, rursum quæsitum fuit in S. R. C. num sententia ab Ordinario lata super noncultu confirmanda esset; et affirmative responsum die 3 Februarii anni 1714, annuente insequenti die Pontifice.

Signata Commissione, approbatoque Noncultu, petivit Postulatio tum litteras remissoriales et compulsoriales ad condendum Panormi processum super Fama sanctitatis in genere Ven. Servi Dei, tum alias litteras ad inquisitiones instituendas super Virtutibus et Miraculis in specie ne perirent probationes in eadem urbe et dioecesi, atque in Mazariensi et Syracusana. Precibus annuendum duxit Sacra Congregatio die 10 Martii anni 1714; expediendasque pro dioecesi Panormitana litteras ad eos processus condendos Rmo Archiepiscopo Panormitano et Episcopo Cephaludensi, et tribus Dignitatibus seu Canonicis Ecclesiæ Metropolitanæ Panormi ab iisdem Rmis Archiepiscopo et Episcopo eligendis, cum clausula tamen, quod idem Rmus Archiepiscopus et Episcopus, seu alter ex ipsis cum duabus ex dictis Dignitatibus seu Canonicis semper intervenirent et assisterent, et non examinarentur testes super virtutibus et miraculis in specie, nisi absoluto Processu in

genere. Item pro urbe et dioecesi Mazariensi ad condendum processum ne pereant, dandas litteras Episcopo Mazariensi ac tribus Dignitatibus seu Canonicis illius Ecclesiæ Cathedralis ab eodem Episcopo eligendis cum eadem clausula nuper exposita. Itemque dandas litteras Syracusano Episcopo, eodem prorsus modo, et sub iisdem clausulis quæ pro aliis fuerant indictæ, universisque concessum fuit, una cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, tempus biennii ad rem perficiendam. Hæc autem omnia SSmus confirmavit die 17 ejusdem mensis Martii.

Nullus adhuc ex iis processibus fuerat absolutus cum elapso jam tempore a S. Congregatione præstituto, petenda fuit ad alium biennium prorogatio termini. Id quoque datum fuit a S. Congregatione die 7 et confirmatum a Pontifice die 30 Julii anni 1725.

Panormi tamen gravibus obortis impedimentis ab omni opere diu se cessatum fuit, ut non modo processibus manus non fuerint admotæ, verum ipsæ S. Congregationis litteræ perierint. Itaque in Congregatione diei 16 Septembris anni 1747 (vacante interim Archiepiscopali Sede Panormitana) Postulatio petivit, ut novi deputarentur Judices, quibus eaedem cum iisdem clausulis litteræ darentur, addito trium annorum termino ad rem perficiendam. Sacra vero Congregatio precibus annuens, petita concessit, deputavitque Vicarium Capitularem, et Rmos Episcopos Assuriensem et Numidiæ Panormi commorantes cum clausula, ut iidem Episcopi et Vicarius Capitularis, aut saltem duo ex ipsis, et quando Ecclesia Panormitana provisa fuisset, tunc Rmi Archiepiscopus, et Episcopi supradicti, aut duo saltem ex ipsis ad processus constructionem procedere valerent. Die autem 27 ejusdem mensis et anni Pontifex confirmavit ejusmodi rescriptum.

Absoluto postea Panormi Processu super Fama Sanctitatis in genere, ac Romam misso, instante Postulatione, ejus aperitio, servatis servandis decreta fuit die 10 Julii anni 1748.

Et insequenti mense Septembri die 7 Postulationi petenti æque concessum fuit, ut Dubium super Validitate et Relevantia ejusdem processus proponi valeret in Congregatione Ordinaria absque interventu et voto Consultorum. Idque confirmatum fuit a Summo Pontifice die 11 ejusdem mensis et anni.

Ex humanis interim sublato Cardinali Fabrono Causæ Ponente, alium ei subrogari poposcerunt Postulatores; et Summus Pontifex Benedictus XIV. die 11 Septembris anni 1748 Cardinalem Sancti Cæsarei ei suffecit.

Insequenti anno 1749 actum fuit in Sacra Congregatione de validitate et relevantia processus Apostolici super Fama in genere, et de utraque constare censuit Sacra Congregatio die

12 Julii, ac die 17 ejusdem mensis SSmus editum judicium confirmavit.

Ea disceptatione absoluta, Postulatores ad continuandum et absolvendum Processum Apostolicum Panormitanum super Virtutibus et Miraculis in specie, poposcerunt Remissoriales et Compulsoriales Litteras cum iisdem articulis et interrogatoriis alias datis, dirigendas iisdem Judicibus, quibus demandata fuerat constructio Processus *Ne - pereant*, nempe Rmo Archiepiscopo Panormitano, nec non Episcopo Numidiæ, et Episcopo Assuriensi Panormi commorantibus, cum clausula, ut duo saltem ex ipsis conjunctim in singulis actis semper procederent et assisterent, et cum termino trium annorum ad rem perficiendam: eaque omnia consecuti fuerunt die 2 Augusti anni 1749.

Petierunt postea, ut Rmo Ponenti committeretur examen manuscriptorum V. S. D. cum facultate deputandi ad hoc unum vel plures Theologos. Annuit petitioni Sacra Congregatio die 20 Septembris ejusdem anni, et perendie rescriptum confirmavit Pontifex.

Delatis insequenti anno 1750 ad urbem Apostolicis Processibus Panormi conditis super Vistutibus et Miraculis in specie V. S. D. Postulatio eorum aperitionem servatis servandis impetravit die 4 Julii.

Et insequenti mense Augusto die 12 obtinuit etiam, ut dubium de validitate processuum expendi valeret in Congregatione ordinaria absque interventu et voto Consultorum.

Die vero 19 Septembris ejusdem anni 1750 cum Card. Albani pro Rmo Ponente retulisset ad S. Congregationem, juxta judicium Theologorum deputatorum, nihil esse in scriptis V. S. D. contrarium orthodoxæ fidei, vel bonis moribus, aut quod saperet doctrinam aliquam novam, peregrinam et a communi sensu et consuetudine S. Matris Ecclesiæ alienam, Rmi Patres responderunt = *Procedi posse ad ulteriora* = eique responso Pontificia auctoritas accessit die 27 ejusdem mensis.

In Apostolicas inquisitiones compulsati fuerant processus omnes Auctoritate Ordinaria confecti, excepto Ordinario processu Agrigentino. Itaque a SSmo petiit Postulatio dispensationem super omissione hujus solemnitatis, idque obtinuit die 11 Septembris 1751.

Proposita insequenti anno fuit in Ordinaria Congregatione disceptatio de validitate omnium processuum; et affirmativum prodiit responsum die 23 Aprilis, quod die 26 ejusdem mensis fuit deinde a Pontifice confirmatum.

Quamquam autem scripta V. S. D. jam examini subjecta fuissent, cum tamen constaret, alia multa adhuc desiderari, Sacra Congregatio, Postulatione petente, mandavit die 20 Augusti ejusdem anni 1752 ut novæ litteræ particulares, una cum instructione R. P. D. Fidei Promotoris, ad novas per-

quisitiones instituendas mitterentur Archiepiscopis Panormitano, et Messanensi, Episcopo Agrigentino, et Vicario Capitulari Montis Regalis, quibus reapse datæ fuerunt die 6 Septembris ejusdem anni. Provisa vero ecclesia Montis Regalis, eaedem litteræ cum eadem instructione missæ fuerunt ad novum Archiepiscopum die 14 Julii anni 1753.

Perlatis ad urbem quatuor processiculis ea super re confectis, una cum scriptis repertis, petitum fuit a Postulatione, ut committeretur eorum examen Rmo Ponenti cum facultate deputandi ad opus unum vel plures Theologos; idque Postulationi concessum fuit die 16 Februarii anni 1754, confirmante rescriptum Pontifice die 13 Martii ejusdem anni.

Absoluto examine, cum propitium deputati Censores edidissent judicium, idque a Rmo Ponente relatum fuisset ad ordinariam Congregationem diei 11 Januarii anni 1755 Rmi Patres responderunt = *Procedi posse ad ulteriora* = responsumque a SSmo confirmatum fuit die 22 ejusdem mensis et anni.

Etsi omnis adhibita fuisset diligentia in perquirendis V. S. D. scriptis, objiciebat tamen R. P. D. Fidei Promotor extare adhuc epistolam ab eo datam Rmo P. Caraffae Praeposito Generali; quocirca rursum petiit Postulatio, ut eidem Fidei Vindici necessariae concederentur facultates a S. R. C. ad perquirendam Romae in tabulario domus professae eam epistolam et quaecumque alia scripta quae extare possent; idque concessum fuit die 13 Martii 1756, et confirmatum a Pontifice die 17 ejusdem mensis.

Hac perquisitione peracta a R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore, exhibitisque Rmo Ponenti repertis epistolis, cum omnia examini subjecta fuissent, nihilque esset repertum, quod obstare posse videretur, eodem referente, Sacra Congregatio die 18 Decembris 1756 tertio rescripsit = *Procedi posse ad ulteriora* = et Pontifex rescriptum confirmavit die 23 ejusdem mensis.

His omnibus præmissis tandem disputatum fuit in Antepræparatoria Congregatione de heroicis V. S. D. virtutibus die 24 Maji anni 1757 in ædibus Rmi Ponentis Cardinalis Sancti Cæsarei.

Sed Causa quæ tot moras passa fuerat, diuturniori quoque obnoxia esse debuit ob notissimas vicissitudines Societatis Jesu. Cum itaque ad annum 1840 siluisset, defuncto interim Rmo Relatore, alium ei suffici Postulatio rogavit, et Rmum Card. Pedicini S. Congregationi Præfectum obtinuit die 10 Januarii ejusdem anni.

Ipso itaque referente die 17 Martii anni 1840 habita fuit in Vaticanis ædibus Præparatoria Congregatio super Virtutibus heroicis Ven. Servi Dei.

At eo etiam præstantissimo Relatore e vivis sublato, cum novum Ponentem Postulatio proposcisset, in defuncti locum

die 15 Decembris anni 1843 fui suffectus ego, qui, cum hodie Generalia comitia habenda sint super Virtutibus heroicis ejusdem Ven. Aloisii La - Nuza Dubium propono cum R. P. D. Fidei Promotore concordatum = *An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Caritate erga Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, et ad effectum de quo agitur.*

GABRIEL CARD. FERRETTI Relator.

PANORMITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

ALOYSII LA NUZA

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS JESU

NOVISSIMAE ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Charitate in Deum et proximum, et Cardinalibus Prudentia, Justitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur?

Beatissime Pater

1 Quamquam in anteactis Congregationibus qua antipræparatoria qua præparatoria causæ hujus Postulatores plurimum studii impenderint, ut omnia rite adhibita esse demonstrarent quæ in hisce causis adhibenda generalia et novissima S. R. C. Decreta præcipiunt, utque caverent ne ab obiectis adductarum probationum fides minueretur; quamquam diligentissime curaverint ut contra primo et secundo loco animadversa virtutes V. S. D. ALOYSII LA NUZA earumque heroicitatem quaque versus vindicarent singillatim propositis earum cujusque actibus; efficere tamen pro gravitate rei non valuerunt ne Sapientissimorum Patrum judicium hærere videretur.

2 Iterum enim examini subiicienda esse visum est pleraque, novis quæ animadversionibus opponebantur, ad eum finem ut dilucidiores afferantur responsiones, juri magis consonae, remque propius perstringentes juxta praxim, disciplinam

et doctrinam Catholicam; etiam quædam recolenda sunt ex primis animadversionibus quæ a Postulatoribus dehinc neglecta prorsus videbantur, licet censura adhuc quorumdam Patrum notanda existimarentur; nonnulla tandem nova proponenda quæ diligentiori adhibita cura animadvertere datum fuit.

3 Hæc omnia in unum collecta majore, qua potero, perspicuitate itemque brevitate exponens ordinem religiose sequar quem præteritis in animadversionibus præclarissimas ex meis antecessoribus Benedictus Veterani sacra dehinc purpura ob præclara in Christianam Rempublicam merita cohonestatus adornavit. Id unum vero me intendere testor ut postremo in experimento veritas quamclarissime luceat, utque omnibus mature perpensis ac Postulatorum scientia et industria explicatis facilis sternatur via per quam ad felicem optatumque exitum causa perducatur. Hinc ab inani proludenda concertatione eo magis abhorrebo, quo ex animo magis concupisco V. S. D. *Aloysium La Nuza* Inclytæ Societatis Jesu ornamentum, qui Siciliam omnem tot per annos verbo Dei instituit præclarisque illustravit exemplis, qui optimam diuturnamque sanctitatis famam post se reliquit, Apostolicæ Sedis judicio dignum haberi qui altarium honore donetur.

DE PRAELIMINARIBUS CAUSAE.

4 Quæ primæ animadversiones §§. 10, 12, 13, hæc eadem iterum novæ §§. 7, 8, enixe requisiverunt a causæ postulatoribus; tum scilicet exhibitionem processuum, si qui alii sunt præter exhibitos, tum prolationem documentorum quæ, præter ea collecta a P. Frazzetta S. J. Jesu, constat a Collegiis ejusdem Societatis variisque ex Siciliæ regionibus missa fuisse ad eum qui Societati ipsi præerat in universa provincia cum informativi processus adstruebantur.

5 Nihilominus quod legitima petitione intendebatur, nondum a Postulatoribus præstitum esse quidam ex amplissimis Patribus existimarunt; ac proinde idipsum tertio requirendum. Et sane: ad processuum quod attinet exhibitionem, cum levitatis primæ responsionis et ipsos Postulatores puderet, ultro admittendum agnoverunt non alium præseferre sensum verba I. Testis *Proc. Infor. Comp. in Remiss. fol.* 1371., quam illum ab Animadversionibus primis et novis citatis locis fusius enucleatum. Quo posito deducere pronum erat non tantum possibile sed probabile admodum mente concipi, ultra exhibitos processus et alios informativos fuisse constructos; qui, ni prodirent, cursum causæ necessario retardarent. Id Postulatores iidem probe perpendentes muneri suo se functos omnimode reputarunt postquam in *nov. Summ. Addit.* sex adnexerunt testimonia Episcopalium Cancellariorum et Archivistarum præter dua alia Cancellarii Curiæ Vicarialis Terræ Radophalis et Vicarii foranei terræ

Palatii Adriani. His utique cum demonstraverint Messanæ, Syracusæ, Montis Regalis, Cataniæ, Pactorum, Cephalædis, Radophalis et Palatii Adriani nullos de V.S.D. Aloysio La Nuza extare processus, ex parte quidem difficultatem devicerunt, at non ex omni. Quid enim de antiqua et conspicua Mazzariensi sede dicendum? Quid de aliis civitatibus ea in insula illustrioribus?

6 Atqui, sive memorati primi testis verba consideres, sive rationem vitæ a V.S.D. peractæ, qui ipsis fatentibus Postulatoribus *Siciliam universam pluries benefaciendo et sanando omnes ita peragraverit, ut totus mundus post eum abierit, cum nemo fuerit qui eum non noverit, qui concionantem non audiverit, qui sive spiritualia sive temporalia ab illo beneficia non senserit, qui denique impigram in virtutibus exercitationem non suspexerit*: hanc, inquam, vitæ rationem si expendas, addasque illud, quod certis evincitur documentis, scilicet P. Frazzettam universam pœne Siciliam peragrasse ut *authenticas curaret accipi informationes* de Vita Virtutibus et Miraculis V.S.D., nullam esse Episcopalem sedem facile concipies, nullam illustriorem civitatem in qua probabile admodum non sit informativos processus fuisse constructos. Bene ergo causæ, Patrum Sapientissimorum religioni, S.R.C. decretorum præceptis consulturos postulatores credimus si qua in memoratis locis diligentia usi sunt, eadem in cæteris omnibus utantur: atque attestationes accurate proferant, de quibus nuper mentio facta est.

7 De hisce attestationibus longa prima responsio, longior etiam secunda; at sive ex facto, sive ex jure parum apta videtur ad quorumdam Patrum animos in tranquillo ac tuto ponendos. Ex facto enim debile inexistentiæ seu potius deperitionis argumentum desumitur ex una atque altera attestatione P. Procuratoris Siculæ Provinciæ et P. Archivistæ Domus Professæ Panormitanæ Societatis Jesu. Quid enim si procedente causa, ut usu evenire solet, alio hæc documenta translata fuerint? Jam vero si ad ea invenienda judiciales diligentiæ requirantur cuinam onus incumbet illas promovendi provocandique? Nonne Causæ Postulatoribus? Mihi sat est ea semel extitisse apud postulatores, seu apud inclytam Societatem Jesu; quod constare prorsus videtur. Hoc ipsum cum pateat perperam ex jure urgetur demonstratio specificæ utilitatis ratione petentis. Nam si etiam in civili actione ad exhibendum non exigitur ab actore plena et perfecta utilitatis probatio, sed sufficit judicem summatim cognoscere intersit ne, an non intersit, rejectis altioris indaginis exceptionibus; eo magis dicendum in ea Judicii sede in qua versamur, ubi mera etiam attenditur spes utilitatis.

8 In hujusce articuli calce tacitus præterire nequeo nonnullos ex Amplissimis Patribus demiratos fuisse, præter animi expectationem, Postulatores causam secunda vice dicentes nullam proposuisse legitimam excusationem diuturni silentii

quod ab antipræparatoria Congregatione locum habuit ad nos usque, seu per annos octoginta quatuor. Hoc silentium ne temporum rerumque vicissitudinibus tribueretur, efficiebant plures aliæ causæ ab eadem inclyta Societate et promotæ et agitatæ et ad exitum usque perductæ. Speciale ergo quid occurrisse oportebat. Adductis itaque probatisque concludentibus excusationibus sedulo curare Postulatores debent, ne illud in ipsa caussæ dubietate positum Amplissimi Patres suspicentur.

DE PROBATIONIBUS.

9 Contra primas et novas animadversiones propositi sui tenaces Postulatores fuerunt in directa probatione tuenda. Id longa oratione, ingenti labore, accuratissimo studio contenderunt, in id totas suas vires contulerunt. Quid tamen? Videtur adhuc directam non solum desiderari probationem sed nec in posterum attentis factorum momentis actorumque statu fore obventuram. Hujus gravissimæ sententiæ rationes Postulatoribus quam diligentissime exponam, quibus mature perpensis et causa cognita prudens ipsis optio sit utrum in suo proposito perseverare malint, an potius juris remedium periclitari sive Generalis Decreti anni 1741. sive alterius Generalis Decreti anni 1754.

10 Porro ut ab initio statuamus, quo jure utamur oporteat ad judicandum utrum nec ne adsint in casu directæ probationes ad effectum de quo agimus, ultro admittimus neglligentiæ notam Postulatores purgasse si post Ordinariam Inquisitionem Apostolici processus institutio dilata fuerit. Defectus itaque testium oculatorum in Processu Apostolico per nos adscribatur unice temporum rerumque adjunctis. Judicii proinde canones sumere debemus ex his quæ Immortalis Memoriæ Pontifex Benedictus XIV. edisseruit = *lib. 2. c. 5. n. 10. de Beatif. et Canoniz. Sanctorum* = Verba præclarissimi Pontificis hæc sunt, = *Videtur tamen aliqua distinctio de jure intercedere debere inter miracula et virtutes aut Martyrium nec non inter causas in quibus citra ullam Postulatorum culpam non fuerunt tempore opportuno confecti Processus Apostolici et eas ubi sine ulla rationabili causa Postulatores ipsi Apostolicorum eorumdem Processuum constructionem distulerunt. Quod etenim attinet ad Miracula etc. . . . . Verum quod ad virtutes spectat quae amplius supervenire non possunt, facilior poterit esse locus conjunctioni probationum, si culpa abfuerit, praesertim si testes oculati qui deposuerunt in processu Ordinario NULLAM PATIANTUR EXCEPTIONEM in dictis et in personis, sique deficientibus in Processu Apostolico testibus oculatis in eo saltem reperiantur TESTES EX AUDITU AB IIS QUI VIDERUNT.* Addo etiam alia verba dummodo *PROBATA in Processu Ordinario*

rata fiant in Apostolico, *licet in hoc non habeantur testes de auditu a videntibus.*

11 In tanta verborum ac sententiæ evidentia, quanta major esse nequit, consentientibus ipsis Postulatoribus, patet directam in casu probationem positam unice esse in Apostolicæ cum Ordinaria inquisitionis conjunctione; quæ quidem coniunctio duo necessario requirit, *Primum* nullam Testes Ordinaria auctoritate examinatos pati exceptionem, *alterum* Testes de auditu a videntibus in Apostolico Processu esse reperiendos qui cum primis concordent. Atqui visum est exceptiones quamplurimas pati testes Auctoritate Ordinaria examini subjectos sive eorum personæ, sive dicta, sive forma examinum considerentur.

12 Quoad personas generale quidpiam primo loco occurrit, quod quibusdam curam ingessit, testium nimirum examinatorum maximum numerum fuisse Societatis Jesu Alumnorum, qui non dicam ex æquali, sed nec ex comparabili aliorum testium numero a partium studio vindicetur. Hæc difficultas, quæ parvi esse concederem si quæreremus de virtutibus hominis ab oculis cæterorum et victu remoti, robur accipit ab ipso V.S.D. vivendi genere, quod amplissimam Postulatoribus facultatem offerebat eosdem numero ac plures etiam alios testes inducendi ad causam æque opportunos et nimii favoris suspicionem quamlibet amoventes.

13 Licet autem hæc difficultas contra testes universim sumptos nudæ præsumptionis fines non prætergrediatur, ad directam tamen probationem accedit cum speciatim *omnium* testium Societatis Jesu alumnorum quos Processus exhibet Panormitanus anno 1660. exaratus, üdem expendamus. Hi siquidem *omnes* sese examinandos obtulerunt = *a ciò con una formola generale testifichino il comune sentimento della Provincia* = Ita Societatis in provincia sicula Præses edicebat, dictoque alumni parentes communem formulam recitarunt, ut cæcutientis pœne hominis sit negare ex condicto *omnes* deposuisse: Atqui in unum conspirationem testium eorum personas suspectas reddere omnia jura clamant. Neque præ sua ingenuitate in anteacta præparatoria Congregatione id reapse causæ Patronus negavit; quin imo ex viginti quatuor in Processu auditis novemdecim testes ultro reiecit: at mordicus contendit quinque testium depositiones, V. nempe XIV., XV. XXIII. et XXIV., a vera probatione non esse excludendas. = *Resp.* §§. 26. 27. =

14 At si veritas in pretio est, nec quinque illi veridici nullaque animadversione digni habendi sunt. Cur enim a cæteris segregandi? Si postulatores audias, ex ea tantum ratione quia ex primis tribus Societatis Jesu alumnis unus post generalem formulam, alii duo etiam ea non præmissa multa dixere uni vel alteri judicis interrogatorio respondentes; ultimi vero duo non solum nulla præmissa generali formula, sed exteri prorsus. At quoad tres primos testes Postulatores

interrogo, ad examen accesserint nec ne relato Præsidis sui mandato parentes? Negare certe non poterunt. Atqui non ex verbis non ex forma testes hos præcipue expungimus, sed ex conspiratione in unum sed ex condicto: cumque hæc usque dum acta durent, nequeant inficiari, suspecti nota durabit ex qua sint uti cæteri et hi tres prorsus expungendi.

15 De duobus ultimis parum sollicitus essem ex inferius dicendis cum de testium dictis loquemur, nisi gravissima quædam Patrum adnotatio contra hos uti contra cæteros pugnaret. Quid enim de his testibus dicendum qui a Judice dubiæ admodum fidei examinati fuerunt? Quam quæso, Vicarius Generalis judex delegatus commissionis legem habuit ab Archiepiscopo Panormitano? Edixit iste ut *in forma juris testes excipiat et examinet praevio juramento factisque interrogatoriis et reinterrogatoriis*. Quid petiit P. Frazzetta causæ postulator? ut testes examinarentur ad formam Commissionis. Quid horum tamen præstitit judex? Quoad testes novendecim nihil prorsus: si rationem quæras, nulla alia præsto erit quam vel summa judicis ignorantia vel maximus in causa favor: quod utrumque de judicis integritate non levem ingerit suspicionem. An vero hanc suspicionis notam purgavisse dicendus cum in unius vel alterius testis examine commissionis legi paruit? Minime sane. Cum vero integritatis defectus in judice non tantum ipsi, sed testibus etiam fidem adimat, et solida alia ratio exurgit qua præter condictum et cæteros testes et hos etiam duos ultimos a vera probatione facienda excludamus.

16 In personis etiam exceptiones pati manifestum est quosdam testes Panormitani alterius processus anni 1667. *Vi* veritatis adactus diligentissimus isque eruditissimus causæ Patronus testem hujus processus ex ordine XC expungendum esse ingenue fatetur. Adhuc quippe inauditum arbitror et causæ postulatoris et testis personam eumdem hominem eodemque tempore induisse. Verum enim vero non ex leviori ratione testes I. XXIX. et LXVI. expungendos omnino esse suffragatores censuerunt, licet attente perpenderint quæ fuso et erudito calamo latissime protulit causæ Patronus ad tuendam trium illorum testium auctoritatem = *Responsio a* §. 32. *ad* 42. *inclus.* = Quæ omnia ut uno ictu evertamus potiusquam persequamur singula, monitum volumus ipsum in difficultatis *supposito* errasse videri. Neque enim prioribus depositionibus auctoritas detrahitur uoice ex defectu necessariæ formæ in examine suscipiendo prætermissæ sed potissime ex suspecti nota quæ ob condictum conspirationemque testium personas percellit. Hinc etiamsi daremus priorem defectum secundis depositionibus rite susceptis potuisse suppleri, prorsus tamen denegamus suspecti notam auferri. Cui enim ignotum ex jure quod uti testis semel mendax semper mendax, ita semel suspectus semper suspectus habeatur? Augeri quin imo suspicio a secundo hoc molimine potius

visa est: quippe perpetuis tantum conatibus P. Michaelis Frazzetta caussæ postulatoris tribuendum judicarunt si, postquam in primo deposuerint, perperam in secundum inducti hi testes fuerint processum in quo et ipse personam testis agere voluit. Cæterum potius, quam nimii rigoris quatuor horum testium expunctionem incusent, mitius cum iis agi intelligent si animadvertant nos jure ac merito integro secundo processui uti priori auctoritatem adimere potuisse. Quæ enim circa judicis integritatem superiori §. dicta sunt, quoad primum Processum, eadem dici quoad secundum possent. Citra enim vel summam ignorantiam, vel maximum favorem qui fieri poterat ut et postulator tamquam testis admitteretur et jam auditi testes examini iterum absque ulla declaratione subjicerentur.

17 Atque hic ex quorumdam Patrum sententia subsistere possem. Etenim repulsis ex hactenus dictis testibus V, XIV, XV, XXIII et XXIV. Panormitani Processus anni 1660., repulsis pariter testibus I, XXIX, LXVI et XC. Processus itidem Panormitani anni 1667. ingenuum causæ Patronum appello qua tandem spe se directo probaturum confidat specificos cujusque virtutis actus per alios qui supersunt testes, quorum ingens quidem numerus, at evidens sterilitas et ad rem nostram minime concludentes attestationes. Ad novum provoco elencum eximia licet elaboratum cura. Sepone prædictorum testium depositiones quamlibet, ut ita dicam, paginam implentes, quid reliquum reperies unde rigorosa illa probatio heroicarum virtutum plena directa ex testibus informativis in casu fere tota desumenda hauriatur?

18 Sed ne muneri meo deesse ex parte videar, singulas referam exceptiones quibus cæteri testes præcipue obnoxii esse videntur. Ac primo occurrit nonnullos ex his testibus deposuisse contradictoria. Exemplum luculentissimum damus in in Teste LXIV. = *Proc. Inform. anni* 1667. = *Summ. pag.* 53. = *Missionava*, testis ait, *con udire le confessioni di ogni sorta di gente dell'uno e dell'altro sesso dolcemente invitando ed udendo a tutti Nobili ed Ignobili ec. . . . Le donne il giorno in Chiesa ed udiva le confessioni quasi in tutte le altre Chiese piccole estramani della terra per comodo di molte donne poverelle* = Atque = *Summ. pag.* 278. = idem testis asserit; = *Fuggiva le donne peggio che il demonio . . . Nelle missioni le rimandava ai suoi compagni . . . Le dicevo che almeno le ascoltosse e poi le rimandasse a noi altri e che non le rimandasse ai suoi Padri Spirituoli prima di ascoltarle* = Cum duo hæc contradictoria insimul stare nequeant, nescimus quando nam hic testis vera deposuerit. Neque aut temporum aut conditionis discrimen dicta testis conciliare inter se potest. Præter enim quamquod testis de eodem tempore et conditione deponit, diverticulum occludit omne Pater Michael Frazzetta qui V.S.D. vitæ relationem publici juris fecit. Huic historico si fidem præstare debeamus, V.S.D. *sempre*

faceva lo stesso, cioè licenziava le donne e non ascoltava le loro confessioni =... Si igitur *semper* dimittebat mulieres, ita argumentatur alter ex Patribus, quomodo potest affirmari illud *semper*, quod ab historico universaliter et extensive ad omnia tempora sumitur, restringendum esse ad ea tempora quibus in Missionum exercitio non versabatur, cum præsertim postremi triginta anni V.S.D. in assiduis perpetuisque ferme Missionibus peragendis insumpti fuerint. Dicendum igitur testem LXIV. P. nempe Vitalem de Vitalibus et cum seipso et cum historico nullatenus componi posse, expungendum proinde de numero testium, aliudque vulnus causæ infligendum, cujus maxima probationum vis depositionibus P. Vitalis superstructa videtur.

19 Occurrit secundo plerosque ex testibus ratione personæ non exceptis generalia tantum deponere, quæque specificos, individuos, repetitos heroicarum virtutum actus, unde ipsarum habitus innotescant, neque arctent neque roborent. Id cuilibet novum elenchum perlustranti, juxta ea quæ monnimus, facili negocio patebit. Sique pauci specificos actus referant, eos referunt qui nec multiplices sunt, nec communem operandi modum excedunt. Referunt sane *praedicasse instar Apostoli*, *incitasse ad fletum*, *peccatorum corda commovisse* et alia hujusmodi. An hæc heroica dicenda sint cordatus quisque judicet cum duo hæc perpenderit; primum V.S.D. in ea Societate militasse cujus sodales quotidie Exomologesim peccatorum audiunt, missiones exercent, bono fidelium procurando toti incumbunt; alterum, V. S. D. fuisse *dotato di facondia e grazia naturale*, opinione prænunciatum ad loca quælibet accessisse patratoris mirabilium, quæ cæterum vel ex naturali ingenii alacritate vel ex aliorum dictis, ad cognitionem quod attinet occultarum rerum, usurpaverat, quandoquidem scimus *ex Summ. num.* 15. *pag.* 183. quod Servus Dei = *solea tener le spie* =. Siciliæ denique vulgus, quod maxime advertendum, ipsis assentientibus causæ Patronis præ reliquo vulgo ignorantia maxima laborat.

20 Neque ad necessitatem declinandam probandi directe individuos specificosque cujuslibet virtutis actus Postulatores iterum recurrere velim ad innocentiam vitæ V.S.D. Visum est enim Suffragatoribus quod, etiamsi hanc V. S. D. servasse innocentiam pie credi posse concedatur, tamen, nisi ex tabulis vel ex conscientiæ moderatorum attestationibus idipsum demonstretur atque eo prorsus modo qui in nostro foro requiritur, virtutes qua theologales qua cardinales juxta statutos consuetosque canones dijudicari debeant, neque eas probandi onus remissum in parte sit. Sed de his commodior inferius erit dicendi locus.

21 Occurrit demum testium dictis quod horum pars maximas nihil aliud referat quam gratias et supernaturalia dona gratis data quibus directa probatio heroicarum virtutum illustrari quidem, suppleri autem aut coadiuvari non posse ita manife-

stum est, ut ab supervacaneo sermone jure merito abstineam. Ad facti vero veritatem adstruendam iterum ad novum provoco elenchum, qui, si hæc seponantur, sterilis admodum et jejunus evadet. Hæc omnia in unum quisque colligens exclusionem videlicet quorumdam testium, ac cæterorum exceptiones quas in dictis patiuntur, facile judicabit primam deficere conditionem a qua conjunctio pendet Ordinariæ cum Apostolica inquisitione; judicabit pariter nedum propositum non probari ab informativis processibus, sed materiam ipsam deficere, specificos nimirum, individuos, repetitos, itemque admiratione dignos actus unde heroicas V.S.D. Aloysii La Nuza fuisse virtutes humano testimonio ab iisdem processibus dimanante innotescat.

22 Sed jam limites, quos mihi indixi, me properare monent ad alterius conditionis existentiam discutiendam in eo positæ quod *deficientibus*, Ben. XIV. verba repeto, *testibus in Processu Apostolico oculatis, in eo saltem reperiantur testes de auditu ab iis qui viderunt*. Enimvero deesse oculatos testes in Processu Apostolico vel decursum ipsum ab una ad alteram Inquisitionem tempus, annorum nempe nonaginta et amplius aperte demonstrat et concedunt etiam causæ Postulatores. Proinde quæstio in eo tantum est, an scilicet adsint testes de auditu a videntibus. Quæ sane quæstio, ut cum amplissimis suffragatoribus loquar, non ex præsumptionibus conjecturisque, sed directo ex depositionibus ipsorum juratorum testium actorumque indubiis monumentis dirimenda. Hoc enim semper animo intendere debemus, in arctissimo nos virtutum judicio versari quod criminali prorsus æquiparatur.

23 Ex hac animadversione prono veluti alveo fluit non tantum a Cathalogo testium de auditu a videntibus esse expellendos eos qui *a publica voce et fama vel a lectura vitæ V. S. D.* quæ narrant deposuerunt; non tantum eos qui fatentur quidem audivisse alios de virtutibus V.S.D. loquentes, nesciunt tamen loquentium personas indicare; sed etiam illos qui ea quæ testantur solummodo audivisse *præsumuntur* ab iis qui viderunt. Hæc siquidem simplex præsumptio minime præstat ne confundi possint cum testibus de *auditu auditus* vel etiam cum iis qui nullam præferunt scientiæ causam præter facti notorietatem aut incertam famam vulgique rumorem.

24 Jam vero in casu huic numero adscribendi sunt ii testes quos apparet quidem audivisse ea quæ referunt ab hominibus *qui vixerunt tempore Servi Dei*, non autem expresse fatentur se illa audivisse ab hominibus qui Servi Dei gesta conspexerint. Aliud enim est *vivere alicujus tempore* aliud ejus *opera videre*. Debilitori etiam præsumptioni nititur qualitas *de auditu a videntibus* illis testibus appicta, qui ea quæ deponunt se didicisse fatentur *ab antiquis* Societatis Jesu alumnis, quin specialius quidpiam addant circa tempus vel personas. Si enim perpendatur testari eos post nonagesimum quartum an-

num a die obitus V.S.D., patebit potuisse recte dicere *antiquos* qui nedum gesta viderint V.S.D. sed nec ejus tempore vixerint. Quo enim testabantur die *antiquos* dicere poterant qui decennio vel saltem triccnnio prædecesserant longo scilicet vel longissimo ex legibus tempore, quod iisdem ex legibus antiquum vel antiquissimum appellatur. Subtrahe triginta hos annos et, ut ad diem obitus V.S.D. pervenias, reliquos habebis sexaginta quatuor qui ordinarium vitæ hominis cursum excedunt. At his sexaginta quatuor, ut *synchronismus* adstruatur, et alii sunt anni addendi, nimirum ætatis congruæ ut actuum qualitas dignoscatur et memoriæ altissime commendetur, a ii præterea quibus gesta V.S.D. videre daretur: ætas ergo adstruenda quæ in hominibus non solum non præsumitur sed vix invenitur. Ex hisce adnotationibus sequitur qualitas *de auditu a videntibus* in multis ex allatis testibus præsumi quidem at non demonstrari. Hujusmodi ex. gr. sunt etiam aliqui ex illis quibus §. 23. suæ Responsionis causæ Patronus nominatim et mordicus hanc qualitatem inhærere contendit, testes scilicet VII. et XIV. Processus Apostolici *ne pereant* nec non testes III. V. et IX. ex altero Apostolico Processu *Remiss. et Compuls.*

25 Hos omnes testes cum ex Amplissimorum Patrum sententia tantum præsumi de auditu a videntibus dicamus, quumque ad effectum de quo agimus præsumptioni simplici nihil tribuamus oporteat, reliquum est ut eos a testium syllabo qui de auditu a videntibus dicuntur prorsus excludamus. Quid vero de cæteris dicendum? Licet, morem gereremus causæ Patronis, sive primo sive alteri, quoad adductorum testium qualitatem, notamus tamen ad adserta in prima responsione §. 125. a probatione virtutum amovendos esse quatuor qui desumpti sunt ex *Processu sup. Fama Sanct. in genere.* Nisi enim aperte impingere in censuram *Tex. Cap. Veniens* 38. *de testibus* velimus, non admittemus in linea æqualis probationis cum Processu virtutum in specie testes auditos in processu qui ad finem prorsus diversum constructus est. Porro Processus de fama Sanctitatis ad eum finem conficitur ut Apostolica Sedes agnoscat an relaxandæ sint literæ remissoriales ad inquirendum super virtutibus et miraculis in specie. Quæ profecto magni sane momenti inquisitio est, at veluti præparatoria et parum aut nihil pro virtutibus in specie probandis inserviens.

26 Ad cæteros quod attinet redit jugiter quod in anteactis causæ periculis opponebatur, quodque novi elenchi elucubratione et prolatione minime refutatum esse videtur. Si unum nempe testem excipias qui primus est *Process. Ne pereant* = *Summ. num.* 8. *pag.* 19. = qui non de omnibus virtutibus sed de modestia et conscientiæ sanctitate deponit, reliqui omnes nihil aut parum de virtutibus deponunt, sed toti sunt in enarrandis donis gratiisque gratis datis, prout passim videre est sive in priore sive in posteriore elencho.

27 Quæ cum ita sint hanc de probationibus disquisitionem sic contrahere licebit ut dicamus directam in casu probationem desiderari *sive* ex eo quod materia deficiat, qua virtutum heroicitas per specificos individuos et admiratione dignos actus ex ordinaria Inquisitione innotescat, exclusis ob exceptiones in personis et in dictis testibus quamplurimis; *sive* ex eo quod paucissima ea, quæ ad juris tramites in ordinaria inquisitione probata viderentur, minime conjungi possint cum inquisitione Apostolica ob defectum testium de auditu a videntibus et eorum, qui hac prædit qualitate dicantur, ineptitudinem. Quin imo tot tantæque difficultates, quot quantasque huc usque enucleavimus si ad rigidiorem juris normam perpenderentur, animum eo forsan inclinarent ut directa non solum sed cujuslibet generis probatio a causa exulare videretur. At quoniam ex his, licet paucis, quæ ex actis hauriri certo possunt, hujusmodi de virtutibus V. S. D. opinio excitatur, ut inviti prorsus humani testimonii defectum, nonnulli ex Patribus aspiciant nec satis prudenter agere sibimetipsis viderentur ob hujusmodi defectum causæ silentium imponendo, hinc, uti ab initio innuebamus optionis conditio Postulatoribus offertur quodnam experiri malint remedium juris. Qua quidem in re tutius esse videretur procedi ex generali decreto anni 1741. Cum enim ordinaria inquisitio ex his, quæ diximus, difficillime conjungi possit cum apostolica, concludendum esset illam pro adminiculativa tantum haberi, et totam probationum vim constitui in Apostolicis tabulis, quæ ita perpendendæ perinde ac si testes tantum haberent de auditu auditus. Hoc necessario secumferret in casu, judicium ad tramites decreti anni 1741. tantummodo absolvi posse. Quod sane pendet ab utriusque Inquisitionis defectibus, quos nuper innuebamus, qui ne dum directam probationem, sed etiam remedium alterum videntur excludere quod exhibet secunda pars generalis decreti anni 1734. §. *decernimus secundo loco.*

DE RELEVANTIA.

28 Quæstionem aggredimur de relevantia virtutum quam si a modo dictis unice definiamus, brevi sermone conficiemus. Persuasum quippe facile erit de heroicis virtutibus judicaturum primum certos illarum habitus nosse debere. Non enim hic quæritur heroicus quorumdam actorum gradus sed tot tantorumque, quibus heroicæ virtutis habitus efflorescat: quod solide, ut semper, expressit Benedictus XIV. (lib. 3. cap. 21. num. 11.) = *paucos actus licet heroicos non sufficere* (ad relevantiam) *virtutum ostendendam cum multiplex excellentia vitæ requiratur in canonizandis. Ideoque de virtutibus constare dici non possit in gradu eroico si multiplices non proponantur actus a Dei Servis eliciti qui qualitate heroica præditi non sint.* Jam vero multiplices hos

actus, unde habitus virtutum constant, nec vetus nec novus elenchus suppeditat, uti supra demonstravimus et præcipue in §. 19. Cessante ergo legitima virtutum habitus probatione, quidquid de nonnullis actibus dicendum sit, cessare etiam debet quodcumque de ipsarum relevantia examen.

29 Sed quoniam neque ex fontibus unde causæ patroni probationes hauriunt, turbatis nec ex inde sequenti elenchorum sterilitate, animo casuros ipsos prævidemus, rem etiam quoad hoc caput intimius perscrutabimur ac primum sermo sit de innocentia vitæ Ven. Servi Dei, qua tantum ipse floruisse dicitur ut sanctificantem gratiam semel baptismate infusam una cum supernaturalibus *Fidei*, *Spei* ac *Charitatis* virtutibus usque ad extremum vitæ spiritum conservaverit. An hæc in facto probetur, et quem effectum ad heroicitatem virtutum adstruendam in jure nancisceretur, diffuse disputatum fuit in novis animadversionibus §§. 33. 34. 35.; Nec ad respondendum imparatos sese defensores obtulerunt §§. 101. 111. *usque* ad 120. *inclus.* At, quæ obiiciebantur, eamdem adhuc vim habere videntur. Quoad enim testes confessarios adductos, ut de facto primum sermo sit, præterquamquod duo ex illis P. Joseph Verdirano, et P. Joseph Landolina formali examine discussi non fuerint, præterquamquod tertio nempe P. Vitali de Vitalibus illud obstet quod §. 18. superius indicavimus, etiam nunc animadvertere est eos de omni vitæ tempore minime testari. Nemo enim generalem V. S. D. exomologesin accepisse deponit, nemo illi toto vitæ tempore a confessionibus fuit: quorum alterutrum necessarium erat ut innocentia vitæ plene, *et luce clarius* innotesceret. Neque ab allato ab animadversionibus exemplo in causa S. Aloysii Gonzagæ sese feliciter causæ Patroni extricant. Quamvis enim Cardinalis Bellarminus et P. Antonius Valentinus per integrum vitæ cursum S. Aloysii Gonzagæ exomologeses non audiverint, uterque tamen ejus generalem confessionem exceperunt, quod prorsus deest in casu nostro.

30 In jure, ibidem querebatur, quem hæc innocentia, effectum nansciseretur, an scilicet ad juris tramites probata faciliori opere et quasi ex præsumptione heroicitatem adstrueret. Consentientes jam vero secunda in propositione causæ patronos habuimus; siquidem in §. 120. hac innocentia vitæ mordicus retenta, ad virtutum actus prompte, facile et delectabiliter elicitos juxta doctrinam Benedicti XIV. suffragatorum mentes convertunt: ex quorum qualitate et habitu heroicitatem desumerent.

31 Qua quidem in heroicitate decernenda illud in mente defixum habeamus oportet quod sapienter tradidit Card. Laurea. Juxta quem heroicitas est, = *ille virtutis gradus seu perfectio seu fulgor, et excellentia quæ facit ut homo circa materiam illius virtutis super communem aliorum hominum operandi modum operetur.* Hanc certissimam juxta regulam pro-

positum virtutum elenchum sumamus et iis depositionibus testium exclusis quas ratio et lex suggerit esse excludendas, videamus an ex iis quæ supersunt, eluceat ista in virtutibus *habitualiter* exercendis perfectio unde heros V.D.S. sit pronunciandus rigoroso eo, quo utimur, judicio. Ex integra testium et contestium congerie, rudium plerumque et ineptorum qui legitimam censuram effugerint, tantummodo habemus V.S.D. plebejos agrestesque homines Christianis præceptis institutisque imbuisse, Exomologesin peccatorum quotidie audivisse, pauperes Evangelium docuisse, sacras per universam Siciliam missiones exequutum fuisse, uberemque fructum ex Apostolico ministerio collegisse. Hæc quidem magna esse nemo inficiabitur, at minime talia Suffragatoribus visa sunt, quæ heroicitatem virtutum demonstrarent.

32 Quantumvis enim commendanda videantur in homine qui divino servitio se totum mancipaverit; non tamen adeo extollenda ut hominem Christianæ Religionis heroem efficiant. Cujus enim animum non permoveant, siquidem hæc tantummodo proponantur, verba illa Pauli = *Nam, si evangelizavero, non est mihi gloria necessitas mihi incumbit. Veh mihi si non evangelizavero!* = Tum etiam alia = *Ne, cum aliis evangelizavero, ipse reprobus efficiar?* = Nec vero, quæ ex patrato opere heroicitas non desumitur, ab effectibus idest a fructu deducetur prout deducere conantur causæ Patroni. Monitum enim a Divina Sapientia habemus = *Non enim vos estis qui loquimini sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* = Et rursus ex D. Paulo novimus = *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum, dat Deus.* =

33 Ad operis vero modum quod attinet cui secundo loco iidem insistunt, si supernaturalia dona hac in sede judicii non magni facienda seponas, redit eadem elenchorum sterilitas ne quod operi quod effectibus tribui nequit, operandi saltem modo tribuamus.

34 Quæ quidem omnia eo majorem ingerunt difficultatem, quod V.S.D. in ea Societate vitam degerit in qua sive exemplorum quotidie propositorum vi sive instituti ratione ad hæc quisque incitetur, licet heroicis intimius non ditetur virtutibus. Quod si contendant adhuc defensores, hoc vitæ genus sane laboriosum nonnisi ultro et ex heroici animi u io consilio V.S.D. suscepisse, videant, quæso, ne admittere cogantur quod Missionarii, quotquot sunt ex inclyta Societate Jesu, quin etiam cæteri omnes, qui Religiosis institutis ad Spiritualem perfectionem æque tendentibus nomen dederint, ii heroes sint iidem dicendi. Quotidiana quippe experientia docemur ex his plurimos magna fidelium utilitate his similia, quæ V.S.D. fecisse perhibetur, et majora forsan aggredi et perficere. Quod si hoc contra communem quoque cogitandi modum nemo affirmabit, confiteri debemus ex supra recensitis actibus heroicitatem Virtutum V.S.D. non desumi.

35 Cæterum, quotquot suffragium laturi sunt, convertant, quæso, oculos ad elenchos virtutum ut per se judicent an præter hos, quos recensuimus, alii multiplices, prompte facile ac delectabiliter eliciti virtutum actus exhibeantur, exclusis censura notandis testibus et pro nunc posthabitis quæ de supernaturalibus donis fuse lateque deponuntur.

DE OBSTATIVIS

36 Hæc quidem de relevantia virtutum V. S. D., unico veluti intuitu insimul sumptarum, Amplissimis Patribus animadversione digna visa sunt: singulas vero ex ordine considerantes, præterquam quod ex perpensis rationibus heroicas fuisse affirmare non valuerint, nec paucis nec levibus exceptionibus et obstaculis subiici adhuc sunt opinati. Primum sit sermo de Theologica Fide: cui quidem virtuti cæterarum omnium fundamento ea adversantur quæ sive credidit sive egit V. S. D. in administrandis Baptismatis et Poenitentiæ Sacramentis: quidquid docte et argute ad causæ opportunitatem protulerint ejus Patroni cum responderent sive §§. 65. *ad 72. inclus. Primarum Animad, sive* §§. 39. *ad* 50. *inclus. Animad. Nov.*

37 Ad Baptismi enim collationem quod attinet, obstat adhuc suspicio V. S. D. contra certam Ecclesiæ doctrinam, de qua Tridentina Synodus *Sess.* 6. *cap.* 6., sensisse adultis proxime morituris quamvis nec volentibus, nec vetus fermentum vitiorum expurgantibus nec satis edoctis baptismum posse ac debere conferri. Abnormem hanc V.S.D. habuisse opinionem et antea et nuper suspicati sunt Amplissimi Patres integrum perpendentes contextum epistolæ quam scripsit sodali suo P. Michaeli Frazzetta. Recito epistolæ verba » *Primo li schiavi di Ditello in Galera, lo sa il Signor Mussuto, mi lo saluti e stia attento quando morisse per dargli il Battesimo. Secondo il Schiavo del Signor Antonio Maniscalco non si fa cristiano, che s' inbriaca e se ne fugge, sta alli vanella delli mori. Vostra Riverenza ci passi e dimandi a quelli di casa e li parli si quid spei, e questo anche quando morisse si può fare, che già non pare atto. Di questi due di Ditello in Galera e del Maniscalco dian la cura al Mussuto. Vostra Riverenza stia attento che non morano senza Battessimo* » (*Sum. pag.* 91. §. 94.) Agitur de baptismate conferendo adulto mysteria Fidei nescienti » *che già non pare atto* » agitur de eo qui nullam veram ingrediendi Ecclesiam voluntatem præsefert » *se ne fugge* agitur de eo qui Divinæ Gratiæ vitiis obicem opponebat *s' inbriaca.* Quidnam faciendum? usquedum integris valeret viribus » *ci passi e dimandi a quelli di casa e li parli si quid spei* » At quid si mors immineat » *e questo anchè quando morisse?* Non est movendus non catechizandus sed absolute baptizandus est » *si può fare* (idest » *darli il*

Battesimo) *V. R. stia attento che non morino senza Battesimo.* Atque hæc quidem V. S. D. opinio et jussus ad P. Michaelem Frazzetta manifesto patet, si, uti præstitimus, recitata verba in literali ac proprio sensu accipiantur.

38. Hac difficultate ut sese causæ patroni expediant, non jussum sed hortationem tantum ad P. Frazzetta diligentiam curamque excitandam in epistola contineri propugnarunt; cui quidem Patri ob suam scientiam apprime notam inutile fuisset singula indigitare quæ Baptismi collationem etiam in mortis articulo præire debent: propugnarunt iterum ea verba in dubio ita esse interpretanda, ut consuetudini V. S. D. multis probatæ documentis cathecumenos diligentissime curandi non obstarent: propugnarunt denique ipsa epistolæ verba nihil dubietatis, quæ in malam partem detorqueatur, habere. Hæc, etiamsi satis argute dicantur, non tamen Patribus usquequaque arrisere. Præceptum enim conferendi baptisma potius quam diligentiæ incitamentum ea in epistola contineri suadent verba absoluta, nulla conditione coercita quibus conscribitur. Nec rem mutat doctrina illius ad quem epistolam V. S. D. mittebat: non enim quærimus utrum P. Michael Frazzetta, quod sibi mandabatur, executurus fuerit nec ne, bene vero quæ mandantis fuerit mens et voluntas. Non item rem mutat consuetudo V. S. D. infideles ad fidem alliciendi ut sponte converterentur, et cathecumenos diligentissime curandi ut edocti satis optimeque morati Baptismate abluerentur: iterum enim non quærimus quid egerit cum infidelibus servis, qui vel integris viribus sanoque corpore pollerent vel levi admodum infirmitate tristarentur, de quibus in defensionis §. 133. adducti testes tantum loquuntur; bene vero quærimus quid agendum esse crediderit cum illis, qui proximo in vitæ discrimine versarentur, de quibus tantum statuit recitata epistola

39. Optimorum vero suffragatorum judicium esto utrum horum verborum » *e questo anche quando morisse si può fare* » sensum esse velint, quem ex communi significatione ac mutua eorum dispositione hausimus; an interpretationem amplecti contortam sane multisque subauditionum adminiculis roboradam cujus ope causæ Patroni quamlibet suspicionem evellere satagunt. Per nos enim so » *si puo fare* idem dicit ac illud quod superius V. S D. dixerat » *si può darli il Battesimo* » a Patronis vero sic interpretatur ut dicat » *si può fare cristiano* » Quam dictionem postea trahunt ad indicandum Turcham servum, licet antea fugacem, ebriosum, ignarum, in vitæ tamen extremo et veram ingrediendi Religionem desiderio et suorum vitiorum odio et sufficienti mysteriorum Fidei notitia *posse efficere* ut Baptisma promereatur, quo uno in casu epistola V. S. D. jubet » *V. R. stia attento che non muojano senza Battesimo* »

40 In administratione vero Sacramenti poenitentiæ gravius deliquisse facto ipso non opinione tantum V. S. D. videtur. Primo enim ex processuum actibus constat bis saltem beneficium absolutionis contulisse in duos gravissimos peccatores, quin ullam eis indiceret poenam satisfactoriam et medicinalem: eo sub obtentu quod genericum satisfaciendi onus sibi sumebat. Locupletissimi hac desuper re sunt primo testis XXX Processus Agrigentini (*Sum. pag.* 332. §. 48.) » *Un altro caso simile successe ad una mia compagna monaca ec. avendosi fatto quella una confessione generale con il detto Padre La Nuza fece gran mutazione di vita perchè non campava più con vita libera e dissoluta come avea camputo per il passato: e mi voleva dire che il Padre La Nuza ci aveva detto che la penitenza dovutali per li suoi peccati l' averia fatta il detto Padre La Nuza per lei* = Secundo Testis LIX Processus Panormitani an: 1667. (*Sum. pag.* 179. §. 83.) qui de se ipso refert » *andondumi a confessari con lu dittu Patri La Nuza, trovondomi io la coscenza multo inbarrazzata, lu Patri mi dissi chi iu ero già arrivato al collo dell' inferno, e dopo d' aviri intisu tutta la confessioni, non mi volsi dari la penitenza, ma mi dissi andatevinni chi la penitenza la farò io* » Facti series et verba; queis factum exponitur, si mature perpendantur manifestum reddent agi hic de perditis peccatoribus = *non campava più con vita libera e dissoluta come avea compato per il possato* = et alibi = *trovandomi io la coscenza molto imbarrazzata lu Patri mi dissi che iu ero già arrivato al collo dell' inferno* » Manifestum reddent saltem quoad Vincentium Pagano poenitentia salutari mulctari non renuisse: si quidem verba = *non mi volsi dari la penitenza* »poenitentiae petitionem supponunt. Manifestum reddent nullam prorsus quantumvis minimam impositam poenitentiam fuisse. Manifestum denique reddent V. S. D. in se suscepisse quidem satisfaciendi onus, at indeterminatum prorsus ac genericum.

41 His in facto firmiter stabilitis cum primis et novis animadversionibus jus breviter commemoremus, ut dehinc contra responsiones a causæ Patronis datas facilius ex AA. PP. sententia subsumamus. Certum sane est, quod Theologi omnes docent S. Thoma præeunte, integralem Poenitentiæ Sacramenti partem satisfactionem æquissimo jure constituere: et Concilium Tridentinum *Sess.* 14. *Cap.* 8. statuere omnes pœnitentiæ Sacramenti administratores DEBERE, (quod verbum apposite adhibuere Patres) quantum spiritus et prudentia suggesserit salutares et convenientes satisfactiones injungere, et has non tantum ad novæ vitæ custodiam et infirmitatis medicamentum esse sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam et castigationem. Ex his cum duplicem pœnitentiæ sacramentalis naturam, *satisfactoriam* scilicet et *medicinalem* Theologi omnes, quos vi-

dere est cum de hac Tridentinæ Synodi sanctione agunt, demonstraverint, tum ejus injungendæ necessitatem præceptumque Confessariis impositum agnoverunt: Vide *Antoin de pœnit. Cap. 1. art. 3. Besomb. de Sacram. Cap. 1. art. 4. §. 3. Billuart de poenit. diss. 9. art. 6. §. 2. Concina de poenit. lib. 1. diss. 5. cap. 6. quæst.* 3. Iuvenin. de pœnit. *quæst. 6. cap. 7. art. 2. Card. Lauræa in theol. tom. 1. disp. 22. art. 2. Natalis Alexand. de pænit. Cap. 6. art. 6. reg. 5. Reinffenstuel Theol. mor. tract. 14. dist. 22. art. 2. Tournely de sacram. poenit. qu. 7. art.* 3.: in tantum ut Salmaticenses docuerint graviter eum peccare qui non assignat peccantibus opera satisfactoria per se non per alios saltem ex parte adimplenda. Vid. *Palao tit. 23. D. unica pun. 21. §. 2. N. 6. 7. Babenst. 2. 5. P. 6. D. 5. ar. 3. n. 5. Voit P. 2.* §§. 610. 611. Cum ergo V. S. D. non semel, sed bis perditissimos homines dimiserit, quin ullam poenitentiam ipsis imposuerit, nec ipsorum salutem nulla medicina adhibita curavisse, nec Sacramenti integritati necessaria parte posthabita consuluisse, nec de recta ipsius administratione Tridentinæ Synodi sanctionibus pessumdatis bene sensisse dicendus est.

42 Et re quidem vera nec ipsi causæ patroni in dubium revocant, quæ circa jus modo indicavimus ex Tridentinæ Synodi sanctione Theologorumque doctrina: verum, ut præsidium quoddam ex facti serie mutuentur, regulam generalem in modo dictis agnoscunt, quæ tamen exceptionibus quandoque infirmetur. Et quoniam cæteræ, quas afferunt, exceptiones ad rem nostram minime pertinent, considerabimus tantum *contritionis* rationem ex qua *nullam* satisfactionem Confessariis irrogare licere propugnatur. Quid de exceptionis veritate, jure inspecto, dicemus? Prodeat S. Alphonsi de Ligorio, quem suæ adsertionis patronum immerito causæ defensores sibi adscivere, doctrina pluries per ipsos allegata. Doctissimus Sanctus Episcopus intra parenthesim sententiam posuit quorumdam Theologorum affirmantium excusari Confessarium si *nullam* pœnitentiam imponit pœnitenti, *vel* quia vehementissime contritus, *vel* quia alias satisfecerit, *vel* quia impotens: at ipse eodem in loco, qui a defensoribus allegatur, in Communiorem Theologorum sententiam descendit, debere scilicet confessarium, ut tutius procedat, levem aliquam poenitentiam iis imponere qui vel nimia anguntur contritione, vel jam satisfecere, vel ad poenitentiam luendam prorsus sunt inhabiles. Sed ne ad vivum omnia resecare videamur, demus sententiam illam esse veram et in praxi etiam tenendam, demus quod in cæteris excusari dicantur, probari posse in eo qui heros est judicandus, disquirendum superest an Agrigentina monialis, an Vincentius Pagano ea commissorum scelerum contritione angerentur ut præsumi posset ita esse in mutandæ vitæ proposito obfirmatos ut nulla medicina indigerent, ita dolore confectos ut poena pro tot tantisque

delictis debitæ jam satisfecerint: huic quippe præsumptioni, quam supponimus, doctrina nitatur oportet. Atqui resistit imprimis ipsius V. S. D. judicium. In casu enim utroque, cum satisfacturum se pro peccatis spoponderit, et judicavit et confessus est neutrum ex poenitentibus his in circumstantiis versari ut ex sensu ipso Ecclesiæ nulla essent poena mulctandi. Resistit secundo loco id quod Vincentius Pagano de se ipso refert = *havendu iu pri qualche tempu sequitatu a confessarimi spissu, di poi scappai un'altra volta e mi detti alla pratica mala con una donna ec.* Is ergo dicendus vehementissima scelerum contritione commotus qui post peractam confessionem parum in sancto proposito perseveravit? Qui ad vomitum rediit et pejora patravit? An auditum unquam Davidem, Zaccheum, Saulum, Magdalenam, Aegyptiacam aliaque veræ contritionis exempla, quibuscum supposita uti exceptione liceret, ita se gessisse? Næ sane cum altero ex suffragatoribus succensendum sit nostro in casu portentum proponi perfectam scilicet vehementissimamque contritionem hominem peccatorem magis et hypocritam effecisse. Nam = *per qualche tempo seguitai a confessarimi spissu* = en in hypotesi simulatio, = *poi mi ditti alla prattica mala con una donna* = en vita magis deperdita, *orta* ut verbis utar ejusdem A. P. *sine dubio ex anteactis ejus fictis confessionibus. Nemo repente fit passimus.* Quod, si mitius judicium feramus, dubitabimus saltem ad vomitum illum rediisse ex nimia V. S. D. indulgentia. Cæterum nolim in posterum uti defensores artificio illo, quo usi sunt in §. 153 secundæ responsionis, ea quæ Vincentius Pagano refert de vera in posterum suæ vitae mutatione, commiscentes cum iis quae ad tempus attinent de quo in casu agimus: quin imo ex subsequuti eventus discrimine discrimen agnoscant inter veram contritionem ac fictam; ac proinde defectum conditionis, ex qua locus advertæ exceptioni factus fuisse contenditur.

43 Expositae hactenus defensioni parum patroni fidentes ad aliam transeunt, qua aliquam irrogarisse Poenitentiam in utroque casu V. S. D. contendunt, triplici proposito argumento. Horum primum desumunt ex probabili sententia etiam post concilium Tridentinum a nonnullis Theologis propugnatam, posse scilicet Confessarium loco specialis satisfactionis injungere generatim poenitenti omnia bona opera quae facturus est sub illa formula *quidquid boni feceris vel mali substinueris etc.* Misso tamen quod minime probetur vel expressa V. S. D. voluntas hac utendi probabili sententia, vel hujus voluntatis manifestatio poenitentibus facta, quae alioquin necessaria erat sive ad cognitionem praesertim quando res agebatur cum muliere et rudi homine latinae linguae omnino ignaris, sive ad acceptationem: diffugium omne occludit Ecclesiae doctrina, quae in

sacramentorum administratione non probabilem sed tutiorem docet sequi oportere sententiam: unde factum est ut V. Inn. XI. contrariam propositionem proscripserit. Nec, vero allatae a defensoribus auctoritates veluti tutiorem expositam sententiam demonstant: probantes enim per cam formulam bona opera posterius facienda vel mala sustinenda ad vim specifice satisfactoriam evehi, non exinde probant obligatione solvi Confessarium specialia quedam opera facienda indicendi vel mala sustinendi; quin imo allegatae auctoritates contrarium innuere videntur.

44 Secundum depromunt argumentum ex quadam percommoda, ast nullo fulcro suffulta interpretatione verborum = *non mi volsi dari la penitenza* = quæ si patronos sequaris, *levem* indicant pœnitentiam haud vero *nullam*. Quid hanc interpretationem juvet nemo ex AA. PP. vidit. Non quidem adducta verba, quæ omnem prorsus excludunt: non integer depositionis contextus, qui præsefert admirationem quamdam ex prætermisso adamussim satisfactionis onere: non verisimilis reticentia quædam, quum incredibile prorsus sit testem præteriisse silentio, quin imo negasse, sub Religionis Sacramento, quod cognosci et depositioni mandari maxime intererat. Quamobrem et allatum a Patronis S. Franciscisci Xaverii exemplum nihil illos juvat. Xaverius enim audita perditissimi cujusdam hominis exomologesi levem quidem sed realem ipsi satisfactionem imposuit et dehinc se de cœtero pro illo satisfacturum spopondit. Vix autem tollerandum videtur, quod ajunt, par esse levissimam aut nullam imposuisse pœnitentiam. Utut enim levissima satisfactio fuerit, semper ea erat quæ consuleret Sacramenti integritati, quam ad tuendam et Xaverius imponeret et pœnitens exequeretur. Accedit peculiaria prorsus rerum temporisque adiuncta deesse, unde levitatis pœnitentiæ ratio desumatur, quum nec processus actus afferantur et res tota nitatur fidei unius ex scriptoribus vitæ S. Francisci Xaverii; qui cæteroquin refert alium subsecutum fuisse effectum ac illum qui in Vincentio Pagano successit.

45 Tertium argumentum, in quo magnopere exultant causæ patroni, sic breviter exponere licebit. Ad Sacramenti integritatem sufficit satisfactoria opera pœnitenti indici, non vero requiritur ut pœnitens ea exequatur si Confessarius sinat: ob sanctorum quippe communionem quum sit certum unum pro altero satisfacere posse, quæ uni indicta sunt, alteri exsequenda mandari ex permissu possunt. Jam vero in casu non defuit pœnitenti satisfationis indictio, sed tantum satisfactionis executio ab ipso summota fuit et a confessario sibi sumpta = *andativinni chi la penitenza la farò iu* = *la penitenza dovutali per li suoi peccati l' averia fatta il detto P. La Nuza per lei* = : quod quidem pœnitentes rati habentes veluti mandantes censendi sunt. Argumento huic

non una occurrit responsio. Negamus primo mandatum aut ratihabitionem in casu intervenire potuisse, in quo nulla species præfinita a confessario fuerat ita, ut pœnitentiæ modus, quantitas, qualitas pœnitentibus ignota penitus essent. Absolute secundo negamus satisfactionem, quatenus ordinata est ad medicinam et remedium, ut pœnitens inposterum a delictis caveat, mandari alteri exequendam posse. Scite quippe adnotavit S. Thomas (*Suppl. ad 3. part. quæst. 13. art. 2.*) = *Satisfactio unius non prodest alteri, quia ex jejunio unius caro alterius non domatur; nec ex actibus unius alius bene agere consuevit.* = Quod S. Thomas, id Theologi omnes, id Salmaticenses, uti supra innuimus, docuere. Tertio denique, cum omnes ex una parte principium admittant unum pro altero satisfacere posse, ex parte altera ita distinguendum esse opinantur ut verum sit in liberis et accidentalibus, non tamen in personalibus onerosis, qualis est satisfactio a confessario indicta: atque sive ex propositione 15. ab Alessandro VII. damnata sive ex Theologorum sententia de qua Duarte *Pœnit. n.* 502. hanc protuens sententiam graviter admodum alter ex AA. PP. affirmavit = *Nec sanam Theologicam doctrinam redolet illud de satisfactione adimplenda non a pœnitente sed a confessario quasi non ipse pœnitens sed alius quispiam debeat peccatorum pœnas satisfactionis debitas luere.* =

46 Refutatis humanis rationibus quibus V. S. D. agendi hæc ratio cohonestetur, causæ Patroni ex doctrina Benedicti XIV. judicia congerunt omnia quibus suadeant V. S. D. peculiari quodam Spritus Sancti afflatu utroque in casu sese gessisse. Verum enim vero displicuit Patribus hoc præproperum ad supernaturalia dona diffugium: quæ quidem, si ex generali regula non liceat in nostro foro admittere priusquam de heroicis Servorum Dei virtutibus constiterit, fortius amovenda sunt, quum ad eum finem producantur ut, quæ circa virtutes minus probari possunt, illorum donorum obtentu cohonestentur. Quod si hoc etiam defensionis argumentum expendere fas esset, animadverterunt neutram facti speciem sufficienter demonstrare V. S. D. eo adamussim in casu spirituum discretione ditatum fuisse. Oppositum quin imo evinci putaverunt ex eo quod alter pœnitens, ut supra dictum est, nulla prorsus satisfactorii operis indictione dimissus non diuturno post tempore, sed brevi transacto, denuo in peccata relapsus fuerit et quidem graviora. Nec vero facile concipi potest ex supernaturali Spiritus Sancti lumine V. S. D. inductum fuisse ut Sacramentum mancum administraret suaque integrali parte carens, idque non semel sed bis, nullaque prorsus apparente justa et rationabili causa. Solet enim Deus in hisce insolitis casibus insolita quadam ac singulari ratione vel antecedenti vel consequenti homines admonere

de ipsa rei novitate: neque enim Deus est qui absque consilio operetur.

47 Alterum, ex quo contra rectam Sacramenti Pœnitentiæ administrationem facto ipso deliquisse V. S. D. videtur, processuum itidem acta produnt *Summar. pag.* 174. Pater quippe Rizza S. J. testis IV. *Processus informativi Panormitani ann.* 1667. postquam narrasset cujusdam Flaviæ virum mucrone transfixum miserrimo occubuisse letho, prosequitur = *Passati alcuni giorni, le venne in casa il Padre Luigi La Nuza e l' indusse* (nempe Flaviam) *ad andar la Domenica seguente a far la confessione e Communione per l' anima del suo marito defonto e tutto questo volse che lo facesse nella Chiesa dove stava sepolto il detto Lucio. . . . . Il giorno seguente ritornò il detto Padre alla casa della detta Flavia e la cominciò a pregare che per l' amore del Signore facesse la remissione al suo nemico . . . . Ma la Flavia afflitta per la perdita fatta dal Marito e confusa per il carico che li restava delli figli e perchè il nemico era molto insolente ed aveva detto di voler uccidere tutti li suoi figli non voleva fare la remissione, anzi diceva al Padre; il fuoco del mio cuore è grande assai, sono restata vedova senza appoggio di nessuno con quatto figlie femmine ed una nepote orfana, la quale si ha allevato in casa come figlia mia e di più io son gravida. Or come faremo sette persone senza agiuto veruno ed il nimico che continuamente ci minaccia: Padre non mi pregate perchè non lo voglio fare. Allora ec.* = (*Summar. pag.* 174.) = Admonebant novæ animadversiones §. 49. hanc facti seriem aliquibus suffragantibus ingessisse non levem admirationem: ex ea quippe patet Servum Dei Sacramento Pœnitentiæ et Mensæ Eucharisticæ participem fecisse viduam quæ pacem sui Conjugis interfectori firmiter denegabat: atqui hoc fuisse præpostero ordine peractum et Divina oracula et Canonicæ Sanctiones et Ecclesiæ praxis et naturalis ipsa edocet ratio: quorum omnium præcepta is proculcasse videtur qui odio plenæ, ira æstuanti inimicoque suo mala adprecanti fœminæ Sacramenta pacis cum certo Sacrilegii periculo administraverit. Cur enim quas postea ad animum deliniendum rationes adhibuit, ante Sacramentorum administrationem adhibere neglexit? Cur non ante sed post eam ipsam ad pacem inimico impertiendam mulierem flectere curavit?

48 At, respondent postulatores, quoad odium et simultatem attinet, quæ indicata præcepta extingui jubent ut licite Sacramenta suscipiantur, ante ipsorum administrationem leniendi flectendique animi rationes omnes V.S.D. adhibere curaverat: quod reliquum erat, ut nempe *judicialem remissionem* inimico concederet, id postridie V. S. D. miris modis singularique habitus et sermonis suavitate adipisci sategit. Totis hinc viribus contendunt, ut suadeant pluribus adductis auctori-

tatibus, citra quamlibet culpam potuisse in casu *Flaviam judicialem remissionem* inimico denegare. Quid ad hæc dicemus? Suppositum juris principium abunde explicatum *in Cap. 2. de Homicid. in 6.* tamquam verum admittemus, ita tamen ut in praxi non censendum a culpa immunem eum læsum dicamus, qui amoris justitiæ sub obtentu reo gravem suæ vitæ jacturam exoptat, idque ex ea potissimum ratione, quia difficile est concipere læsum publicam ita adamare justitiam, ut nullo suæ privatæ vindictæ desiderio abripiatur. Utcumque tamen principium juris admittamus, facti semper disquisitio superest utrum scilicet vel justitiæ amore vel illatorum damnorum *necessaria* sarcitione vel futurorum damnorum *justo* metu *judicialem remissionem*. Flavia detrectavit; an vero odio et simultate. Atqui ex adducta narratione odio potius ac simultate quam cæteris rationibus permota videtur. Et re quidem vera V. S. D. rationibus quid Flavia opposuit? Non justitiæ amorem non illata damna neque ea quæ legitimo metu timerentur, sed = *il fuoco del mio cuore è grande assai* = qua verba irati animi motum vehementer significant: neque vero se judicialem remissionem aut non posse, aut non debere ait sed = *Padre non mi pregate che non lo VOGLIO fare* = quæ verba et voluntatem excludunt conditionalem pacis condonandæ. Rursus quam rationem noviter arripuit V. S. D. ad ignem hunc sedandum? Non damna præsentia aut futura quels offensoris damnatio et punitio remedium aliquod afferret, commemoravit, sed illud quod hæc damnatio nullo auxilio opitulabatur. De his enim locutus est quæ mortem Flaviæ viro non jacturam sed maximam attulisse utilitatem suaderent. Atque hæc omnia, si cominus perpendantur, illud dubium reddunt quod tanquam certum postulatores assumunt, postridie nempe ejus diei, quo Flaviæ V. S. D. Sacramenta ministraverat, id unice fuisse actum ut *judicialem remissionem* offensori præstaret. Talis enim animi status Flaviæ apparet ut potius suadeat actum fuisse de ira odioque sedando. Post hæc ex superius adductis §. 46. parum moror refellere quæ ut omnis offensa ex facto excludatur, ex perpetua illa supernaturalium donorum allegatione afferuntur. Sed de fide V. S. D. hæc hactenus.

49 De V. S. D. charitate erga proximum plurima causæ diligentissimus Patronus in novo suo elencho profert; nec inficiabor hanc virtutem præ ceteris probationum fulmine aliquo muniri. At inter tot argumenta et facta, quibus hujus virtutis habitus adstrui prætenditur, nec argumenta nec facta desunt queis contraria ingeratur opinio. Ex his secundam *obstativorum* classem juxta Suffragatorum sententiam ex ordine conficiam.

50 Et primo charitati erga proximum adversari videtur jugis illa, qua V. S. D. indigentibus nec non enixe efflagitanti-

bus spiritualia bona impertiebatur, personarum acceptio. Hanc in facto adstruit locupletissimus testis P. Frazzetta, vir plane de his, quæ de gestis V. S. D. conscripsit, optime guarus. Is itaque, uti jam in §. 18. retulimus, narrat omnes mulieres quæ V. S. D. sua confiteri peccata exoptabant ab ipso rejectas fuisse; confidenterque asseverat = *sempre faceva lo stesso cioè licenziava le donne e non ascoltava le loro confessioni* = Nec facti veritas in discrimen adducitur ex his quæ testatus est P. Vitalis de Vitali, uti in dicta §. 18. fuse demonstravimus. Facti vero veritate vindicata, a læsæ charitatis nota V. S. D. aspergere minime videntur ea quæ primus causæ patronus latissime disseruit a §. 270. ad §. 302. suæ defensionis. Ex eo enim quod Parochus V. S. D. non fuerit, deduci quidem poterit ipsum perfecta non teneri obligatione ad quærendum etiam inter mulieres quibus Pœnitentiæ Sacramentum administraret, at minime sequitur ex jugi firmoque animi proposito potuisse V.S.D. huic bono mulieres privare licet enixe efflagitarent licet ad id obtinendum iis extraordinariis mediis uterentur, quæ mirum ipsarum desiderium patefacerent, ut præsumi facile posset, nisi V.S.D. peccata sua confiteretur, nullum alium confessarium fuisse adituras. Cæterum inauditum adhuc reor in charitate heroica distingui perfecta ab imperfectis officiis, quum secunda etiam præstandi facultas prostet.

51 Secundo huic virtuti adversari videtur sive omissio fraternæ correctionis, sive immoderatio in ea facienda, quod utrumque oppositum in V. S. D. deprehenditur. Ad primum enim quod spectat jam notaverant primæ animadversiones §. 92. quæ ex *Summar. pag.* 250. §. 21. colliguntur = *Una volta andando a Gratteri . . . . il Vetturino per strada li portò con molta mala creanza bestemmiando e sparlando . . . . il Padre sopportò ed in licenziarlo gli diede per regalo alcuni Tarì come se li avesse servito meglio d'ogni altro* = Si V. S. D. missionarium virum et, qua talis, ubique cognitum fraternæ correctionis obligatio non manebat cum per blasphemias a vili creatura Deus O. M. inhonoraretur cui nam fraternæ correctionis onus incumbet? Idque eo magis tenendum cum remisso furore in dimissionis actu munerisque datione opportuna sese occasio correctionis præbuerit. Neque V.S.D. obligationem dubiam reddit quod primus causæ patronus §. 316. suæ responsionis attulit de significatione vulgari in Sicilia verbi = *Bestemmiare* = quod minus cautum sermonem significat. Quælibet enim vulgaris sit verbi significatio, advertendum est non vulgarem hominem illud in depositione sua adhibuisse sed P. Vitalem de Vitali cui discrimen inter blasphemiam ac minus cautum sermonem ignotum esse nequibat; nec prætereundum simul dum verba adhibuisse = *bestemmiare e sparlare* = quorum, cum ad idem significandum usus presumi non possit, restat ut dicamus priori

verbo proprium sensum datum fuisse. Prætereundum nec est agi hic de Rhedariis quibus, experientia duce, generalis præsumptio minime suffragatur.

52 Quoad omissionem fraternæ correctionis notaverant itidem primæ animadversiones §. 93. duriorem alium casum qui ne crimini ullo V. S. D. verteretur ex quorumdam Suffragatorum sententia frustra adnisus est primus causse patronus a §. 317. ad §. 327. De visu testis hæc deponit. *Summ. pag.* 313. §. 134. » *Si doveva un castigo ad uno degli scolari per non sò qual mancamento, e ripugnando quello di accettare il castigo, il P. Luigi per farsi temere li cresceva il numero delle battiture dicendogli: andate a cavallo e otto, e nove, e dieci. E quanto più quello replicava cresceva il numero delle sferzate tanto che arrivò alle dodici; ma lo scolaro arrabbiato incominciò a prorompere alle ingiurie contro il suo Maestro dicendogli a voce alta: Guarda che mi fa vedere questo mulo figlio di una donna vile. In dire queste parole lo detto scolare, il detto P. Luigi ordinò che si lasciasse di dare il castigo, e dopo uscito, il fazzoletto se lo pose agli occhi, coprendosi tutta la faccia quasi in atto di piangere; e dopo un poco di tempo rasserenata la faccia, chiamò quello scolare e lo fece sedere al più meglio luogo della scuola. E perchè poco dopo si fecero gli ufficiali questo fu da lui nominato dittatore, presentandogli fra l'anno molti canutigli, e premii di valuta.* = Haec testis X. *Processus Drepanen. loc. cit.* = An distributivæ justitiæ officia in casu impleverit V. S. D. considerandum suscipimus. Poscit sane vindicativa justitia, quæ pars est distributivæ, ut pœna delictum sequatur ad majora crimina avertenda. Is itaque adolescens, qui institutori suo publicum, et grave convicium faciendo deliquerat, proportionata erat plectendus pœna ne et ipse majora auderet et alii impunitate proposita tantumdem patrandi occasionem arriperent. Dabo utique abstinere se debuisse V. S. D. a pœna infligenda dum malo adolescens furore æstuabat; dabo etiam potuisse aliquantisper illi pœnam remittere ne ex odio illum corripere videretur. at, salva justitia numquam debebat adolescentis petulantiam ac pertinaciam sine congrua pœna tacitus dimittere. Quod vero distributivæ, quæ præmia bene merentibus confert, justitiæ officia hoc in casu neglexerit adimplere V. S. D. ea demonstrant quæ paulo post, imo eadem die ergo pervicacem adolescentem peregit, Nam = *Dopo un poco di tempo rasserenata la faccia chiamò quello scolare* = primaque ad subsellia conscendere eum iussit, dictatorem salutavit, præmiis locupletavit. Atqui id fieri non potuit, nisi aliorum discipulorum iura violarentur, qui diligentia ac pietate sibi scholasticæ Reipublicæ honores erant promeriti.

53 Sed, nec in opposito, veluti innuimus, inculpabilis fuisse V. S. D. videtur: qui enim in mox relatis rerum adiunctis fraternam correctionem contra charitatis officium omisit, in

aliis non sine immoderati animi motu eam contra ipsam charitatem peregit. Publice siquidem, et frequentissimo spectante populo solemnem inter concionem elata voce et supercilio V. S. D. Siciliæ Pro-Regem satis indecoro modo compellavit eumque auctorem esse dixit cædium ac etiam æternæ damnationis militum, qui ob denegata stipendia, ut vitam ducerent, furta patraverant ac dehinc capite obtruncati fuerant. *Summ.* 299. §. 219. Hujusce correctionis inopportuna immoderatio, et, rerum adiunctis perpensis, grave contra charitatem crimen ipsum perculisse videtur primum caussæ patronum qui in sua defensione a §. 328. ad §. 338 totus in eo est, ut suadeat factum hoc vel inter commenta omni destituta probatione esse adscribendum, vel peculiarem Dei O. M. instinctum auctorem habere. Verum priusquam inter aniles fabellas factum hoc amandetur, cribrandas Optimi Suffragatores censuerunt rationes a causæ Patrono allatas; quarum prima consistit in unicitate testimonii, cui eius probatio innititur. Atqui P. Cherubinus a Gatana testis XVI. *Process. Apostolici ne pereant* non tantum a P. Elisæo Carmelita Sacræ Theologiæ doctore se factum superius relatum accepisse fatetur, sed statim subdit = *tanto in tutto, quanto in parte che esso testimonio ha deposto nel presente capitolo l' ha inteso dire da molte e più persone in presenza di molti di ogni stato e condizione.* = Altera ratio ponitur in causa scientiæ ipsius P. Elisæi Carmelitæ, qui fertur factum accepisse a parente suo sene ex multis non bene cognitis factis fabulam conflante. Atqui quoad hanc scientiæ causam fabulam potius conflasse videtur causæ patronus. Non enim P. Elisæus suum parentem eumque senem ullibi memorat verumtamen alumnum familiæ Carmelitarum, virum fortasse doctum et gravem. Refert namque P. Cherubinus a Gatana. = *Il Padre Eliseo da Messina disse ad esso testimonio che da un Padre avea inteso dire . . .* = Hæc quoad facti veritatem: quoad vero attinet ad facti defensionem in revelatione divinoque instinctu repositam iterum repeto in præsenti quæstione hanc non admitti defensionem, nisi ex facto ipso luculentissima nullique dubio obnoxia eius argumenta depromantur. Operam ergo dent Postulatores ad hæc argumenta præstanda ut, facti veritate retenta, offendiculum omne amoveant.

54 Eodem vitio laborare videtur cuidam ex Amplissimis suffragatoribus admonitio quam mulieri fecit malam cum equite quodam vitæ consuetudinem habenti. Ea siquidem licet esset = *molto superba* = *Summ. pag.* 347. §. 1. *et seqq.*, presbyteri tamen Dominici Lanza monitis permota fuit, ut ad V. S. D. accederet, qui ardentibus stimulis presbyterum ipsum ad hoc a muliere obtinendum impulerat. Post hanc obtentam superbiæ victoriam quis dubitasset non solum benigne excipiendam fore mulierem (de qua quidem re inferius redibit sermo) sed etiam summa clementia dehinc.

usque ad sermonis finem fore tractandam, ac superius revelatum omen, si quod esset, ipsi benignius fore manifestandum? At V. S. D. durissimis verbis eam dimittendam esse censuit; quippe ait = *vedi sei la più puzzolenti carogna, feti più che un cane.* Più chi fetu! (*ponendosi li manu a stuppari lu nasu dicendoli*) *fra poco te ne pentirai: sei già speduta* = Quibus verbis an alia præsto sint magis apta ad iracundiam provocandam et ad odium ministri et ministerii excitandum, in dubium revocari posse videtur. Atqui non ita Judam Christus Dominus, aut Mariam Magdalenam, aut adulteram allocutus fuit, ut Evangelia docent.

55 Tandem charitati erga proximum adversantur modi, quibus consodales suos suorum laborum socios V. S. D. male habebat. Longum supplebunt hac super re sermonem quæ ex actis memorabo. Sic *Summ. pag.* 171. refertur = *Basti dire che con il P. Luigi La Nuza non poteva il compagno resistere lungo tempo che però molti se ne mutarono restando ammalati ed indeboliti dalle continue fatiche* = Item *Summ. pag.* 200. = *Mi dimandò se volessi andare compagno con lui . . . . . andammo, ed in pochissime ore essendo di està ad ore* 18 *senza che egli avesse riguardo a sfuggire le strade piene di sole . . . . . fù con tanto travaglio che io non potendo più andarvi dietro gli dissi che non poteva più . . . . ed io restai così stracco ed addolorato di capo che per tre giorni mi sentii stordito* =

56 Recensitis iis quæ V. S. D. charitati erga proximum obstare visa sunt Suffragatoribus, antequam ad alia progrediamur, ratio ordinis postulat ut ea prius indigitemus quæ contra charitatem erga seipsum debitam idem V. S. D. admisit. Ordinatam erga seipsum charitatem circa spiritualia non solum, sed etiam circa temporalia bona versari, nemo inficiabitur. At quis circa spiritualia bona ordinatæ charitati adversari negabit altum illud, quod cum conscientiæ suæ moderatoribus servabat, silentium de supernis illustrationibus ac aliis donis quibus a D. O. M. donatus ac cumulatus fuisse perhibetur? In *Summ. pag.* 299. habemus referentem Testem, qui V. S. D. a confessionibus fuit. *Mai confidò meco un dono e speciale sentimento che Dio Nostro Signore gli avesse fatto e finora non ho inteso che l' abbia comunicato ad altri Padri Spirituali tutto che fosse tanto favorito da Sua Divina Maestà* = Quis eidem erga seipsum charitatis officio repugnare negabit illud quod in primis responsionibus pag. 215. ipse protulit causæ Patronus? = *Optaverat*, ait, *S. D. ut finire vitam contigeret in aliquo deserto loco ubi ab omnibus derelictus, atque omni humano auxilio destitutus sola Domini sui præsentia et adsistentia frueretur* = quibus desideriis, ut alter ex suffragatoribus admonebat, non solum quodammodo parvipendebat efficacia illa Religionis nostræ subsidia quibus Pia Mater Ecclesia morienti-

bus adest; sed etiam spiritualibus illis a quolibet Christi fidele optatissimis bonis in die consumationis suæ se privari cupiebat.

57 Quoad vero temporalia bona, quam erga se ordinatam charitatem habuerit V. S. D. ostendent hæc loca ex Summar. deprompta = *Summ. pag. 171.* = *Non contento . . . . . delli travogli che seco portava la Missione l'andava crescendo col non riposarsi da quelli: che però spesso essendovi gran vento, pioggia, nevi e freddi andava scoperto e senza berettino* = Idem *Summ. pag. 201. avendo fatto una Missione nella terra di Carini . . . non ancora bene riavuto da una grande infermità . . . . Un venerdì fattasi alla fine della predica una buona disciplina, dopo la quale senza riguardo alla sua debolezza per l' infermità, vuolsi confessare al sereno del Cielo alcuni . . . . . . et ivi ne contrasse una punta mortale* = Item *in novo Elencho pag.* 216. = *Ancor vecchio di settanta cinque anni si disciplinava con una catenella di ferro una e più volte il dì, onde mi parve che si facesse non poco danno alla salute degli occhi, li quali per il fegato spesso gli si infiammavano* = Tandem, ut omnia comprehendam quæ suffragatoribus huic erga seipsum charitati obstare visa sunt, recolantur, precor in eodem *novo elencho* exposita = *pag.* 207. 209. 210. 211, quorum, ea vis est ut suadeant ultra omnem modum et sine utilitate ulla contra seipsum V. S. D. sævisse.

58 Iis, quæ Theologicis virtutibus obstare censuerunt amplissimi Patres, indicatis potius quam enucleatis ne ultra suetos fines protraheretur oratio, idipsum præstare aggredior quoad Cardinales moralesque virtutes quarum exercitationem V. S. D. eam præstare procul dubio debebat quæ statum, et conditionem suam viri nempe Religiosi apprime deceret; Non incongruum hinc erit ab immortalis memoriæ Pontifice Benedicto XIV. commemorare quæ a religioso viro, qui heros sit habendus, requirantur circa harum virtutum exercitium ut dicendorum ordo ab initio patescat. *Jam vero*, ait Summus Pontifex *L.* 3. *cap.* 33. *numer.* 5. *ad* 10. de Canoniz. et Beatifi. Sanctorum, *in examine causarum Servorum Dei qui religiosam in Claustro vitam duxerunt, nonnulla videntur specialiter adnotanda. Horum primum est: an Sanctæ vocationis ad statum Religiosum indicia præcesserint* = Post hoc ex Scacco quid investigandum sit docet = *Sanctitatis notam peculiarem in aliquo Servo Dei regulari ex tribus capitibus modo esse desumendam; EX progressu videlicet illius de virtute in virtutes ratione status religiosi: AB exacta observantia et custodia votorum quæ nuncupaverit quando professionem emiserit, et DENIQUE ex vigilantissima observantia et custodia illorum omnium quæ tam in regula quam in constitutionibus sui ordinis continentur sive præcepta sint sive non . . . . . . Religiosum adeo castum esse debere ut nec nutu oculorum, nec verbis aliquid in moribus illius suspicari liceat, quod cordis mundi-*

illam non redoleat . . . . Denique paupertatis voti observantiam adeo stricte a religioso esse conservandam, ut sanctam paupertatem non solum teneat et observet, sed etiam amet amplectatur et ita complectatur ut neque in vestitu, neque in suppellectilibus cellæ aliquid appareat quod paupertatem non redoleat . . . . Vera a sæculo segregatio, quæ ab observantia voti paupertatis et obedientiæ causam habet.

59 De vocatione ad statum religiosum quandoquidem prior subest praejudicialis veluti consideratio, libenter eam amplexi sunt suffragatores sententiam ut Deo movente et auxiliante V. S. D. Societati Jesu nomen dedisse concedant, nec non satis in Tyrocinio probasse non ex humana causa sed ex Dei Spiritu votorum professione sese obligavisse. At quoniam ex Processuum tabulis plura desumantur longo etiam post votorum professionem tempore acta gesta a V. S. D. Cardinalibus moralibusque virtutibus adversantia; ideo de illius *de virtute in virtutes* progressu vehemens oritur dubitatio. Sane si attentius exquiras quem progressum in virtutem Prudentiae V. S. D. fecerit, tibi *primo* occurret epistola ad Monialem missa, *Summar. pag.* 330., in qua sic eam increpat V. S. D. = *io perchè mi sono addossato di pagare li vostri peccati sto ammalato disteso in un letto pagando per voi: eppure voi vi disgustate colla vostra sorella per un piatto di farina* = His quippe verbis, alterius ex suffragatoribus sententia, scandali occasionem Sanctimoniali illi praebuit quae non sine aliqua causa putavit injuste agi secum de arcanis in Sacramento Poenitentiae panditis.

60 Occurrit *secundo* quod in *Nov. Elencho pag.* 75. legitur, in unam scilicet eamdemque domum et virgines periclitantes et mulierculas, quae perditissimam vitam vixerant, compulisse = *moltissime fanciulle pericolose faceva mettere in luogo sicuro, come le vergini nei monasteri, o in casa commune con altre orfanelle e donne publiche convertite nella casa delle riparate e convertite in Palermo* = Prudentis ne hominis erat eo loci virginitatis lilium custodiendum tradere, ubi tam praesens aderat deperitionis periculum? Nec enim fidendum illarum mulieicularum ad bonam frugem reversioni: constat quippe earum plures domo fuisse egressas ut libidini fraena iterum relaxarent = *ve ne erano che ritornavano al vomito* = *loc. cit. pag.* 76.

61 Occurrit *tertio* quod refertur *Summ. pag.* 286. §. 76. A quadam nempe nobilissima Muliere cum V. S. D. advocatus fuisset ut eam ad Christianarum virtutum perfectionem excoleret, ipse senex et diuturna doctus experientia adire noluit; at juvenem presbyterum misit qui solus mulierem adiret ac libere alloqueretur.

62 Occurrit *quarto* quod refertur in *Novo Elencho pag.* 78. Venerabilis quippe Servus Dei = *soleva dire, quando li poverelli il gabbavano, bisogna lasciarsi gabbare* = An haec verba

congruant iis, quae *Christus* Dominus exemplo et voce docuit, sensu suo quisque facile percipit. Ajebat enim Divinus Magister = *habete in vobis sal* = nec non = *estote prudentes sicut serpentes* = .

63 Occurrit *tandem* imprudens sane modus, quo juvenem jamdiu longo servitio domus professae Societatis Jesu Panormi addictum eo fine, ut sui voti compos Societatem ipsam ingrediendo fieret, a bono sui animi proposito deterrere V. S. D. conatus est. Expostulavit enim ceu refert *novus elenchus pag.* 232., ut humi prostrata sua facies pedibus ab adolescente conculcaretur. Quumque durissimo praecepto adolescens obedire recusaret = *dunque* ait V. S. D., *non sarete buono per Gesuita perchè meno ubbidiente* = Quo in casu duo contra prudentiam reprehendenda videntur; quorum primum positum est in praecepto rei nimis arduae ac forsitan usque ad illud tempus inauditae: Nemo enim id proprio lubitu potest expetere quod vincit humanae naturae vires. Alterum vero positum est in terrore adolescenti incusso quo a suo poterat dimoveri proposito: suspicio enim ingerebatur in Societate Jesu ea quoque expeti ad sui ipsius abnegationem quae et hominem dedecent et nequeunt exequutioni mandari sine naturali quadam repugnantia.

64 Post haec nonnulla notanda sunt quae progressum de virtute in Virtutes V. S. D. circa justitiam haud demonstrare videntur et adamussim circa eam justitia partem quae Religionem respicit. Examini enim subiici iterum Suffragatores voluerunt quod primae Animadversiones §§. 102. 103. notaverant, defectum scilicet in celebratione Divini Sacrificii quoad legitimi temporis productionem. Cum enim Societatis Jesu regulae spatium temporis praefiniant quod intra Divinum sacrificium celebretur, illud ita prætergrediebatur V. S. D. ut non semel in communi triclinio culpa notatus fuerit *Sum. pag*: 152. §. 62. „ *La Messa la diceva con tanta devozione ed affetto che non potendo moderarlo bisognava lasciar trascorrere il tempo e trapassare lo spazio di tempo che la nostra regola prescrive. Onde qualche volta qualche superiore . . . . ne fece leggere publicamente la colpa per durare la S. Messa più di quello che prescrive la regola* = At vero gravius reprehendendi sunt actus, quos V. S. D. inter Divini Sacrificii celebrationem admisit, quique absque piaculo exerceri nequeunt. Explanatore circa hanc questionem non indigent quæ refert *Sum. pag.* 294. §. 28. *Il d. P. La Nuza gli disse* (illi nempe qui celebranti ministrabat) *che acconciasse un poco il palio dell' altare e mentre detto Nunzio stava calato a terra per fare quanto il Padre gli aveva ordinato, lui s' inginocchiò e gli baciò li piedi pregandolo che lo perdonasse e non dicesse niente a nessuno, e dopo seguitò la Messa già incominciata e detta quasi tutta la confessione* =

65 Item nec deesse suffragatores censuerunt quæ Temperantiæ legibus adversarentur. Innumera siquidem sunt adeo ut allegari hic nequeant tum Summarii tum veteris et novi Elenchi loca quibus evincitur V. S. D. contra Temperantiam acerbius contra se ipsum sævisse atque id etiam egisse licet vel adversa valetudine infirmus vel gravi esset fractus senio.

66 Quod vero ad fortitudinem attinet, id Patribus displicuit quod legitur in *novo elencho pag.* 143. = *In Palermo l'anno* 1653. *si propose in una consulta di farsi le missioni per li cortigli della città. Il Padre Preposito fece proporre le ragioni al P. La Nuza: dissero poscia gli altri Padri a me toccò l'ultimo luogo e veggendo io che si frammettevano alcune difficoltà di non tanto rilievo cercai alle maggiori e più efficaci ragioni persuadere che si dovessero fare. Il Padre Preposito di nuovo accennò al P. Luigi che viste le ragioni* hinc inde *dasse l'ultimo suo parere. Ed il P. La Nuza tuttochè giudicasse da se doversi fare la missione già detta pure si rimise in modo come se quel negozio niente li premesse* Hæc in neutram partem voluntatis propensio, hæc tanta animi demissio in homine qui se totum missionibus sacris dederat quique speciatim propositæ missionis Utilitatem ac etiam necessitatem cognoverat non fortis animi in his, quæ sunt Dei et proximorum salutis, indicium fuit sed timentis potius ac minimo etiam sive auctoritatis sive etiam gratiæ offendiculo cedentis. Neque enim Præpositus missionem peragi certo renuebat imperio: quin imo negocium omne V. S. D. voluntati commisisse videtur.

67 Quod si oculos ad morales virtutes convertamus quis in Venerabili nostro aut imitandam aut laudandam dixerit Cynicam potius illam quam Christianam *humilitatem* qua caccabos pedum suorum non dicam Regum coronis sed et Mitræ Romani Pontificis anteferre dictitabat? *Stimo più la mia scarpa che la corona ed anche la mitra del Papa Summ. pag.* 37. §. 3. An hæc procul dubio reprehendenda verborum exaggeratio excusari poterit sub prætextu summi amoris et mirabilis existimationis quam erga amplexum Societatis Jesu institutum ferebatur? Atqui ob ipsam excusationem reprehendendus magis V. S. D. videtur. Ex ea quippe prodit amor inordinatus et quædam excellentiæ proprii instituti ambitio super ceteros omnes vitæ et Reipublicæ Christianæ status. Quæ quidem ambitio, etiamsi vulgari virtuti præditis in hominibus excusationem aliquam admittat, in eo quem quærimus, heroe minime est ferenda. Aliud vero suppeditant eiusdem notæ argumentum verba V. S. D. quibus sodales de observantissima sua in Societate Jesu obedientia alloquebatur = *Vedete*, ait, *questa è la impronta dei veri figliuoli di S. Ignazio: questa ci distingue da qualunque altro religioso instituto, non già la vi-*

ste che portiamo indosso = uti narrat *P. Frazzetta in vita S. D. l. 2. cap. 10. pag. 216.* Invidiosa, ne amplius dicam, comparitio (verba totidem refero alterius ex Suffragatoribus) ab heroica hominis religiosi modestia et *humilitate* prorsus aliena.

68. Cæterum, ut uno adspectu videamus qui fuerit V. S. D. de virtute in virtutes progressus, diligenter exponam argumentationem non ab uno tantum ex suffragatoribus fuse prolatam. Hujusce argumentationis caput est ut quæ fuerit V. S. D. indoles ac naturalis propensio statuatur. Atqui Testis LXXI. *Proc. Panorm. anni 1667. Summ. pag. 222* ita ad rem nostram opportune deponit = *Posso dire che da alcune azioni e dalla sua naturale fisonomia, della quale scienza ne ho qualche pratica e ne posso parlare fondatamente, compresi che il P. La Nuza era di natura molto bizzarra critica iraconda e libidinosa* = Serio in hoc testimonio hæc duo consideranda sunt *primo* non suspicionem aliquam aut conjecturam pandidisse testem sed firmum prudensque animi judicium = *compresi che era di natura molto bizzarra critica e libidinosa.* = *Secundo* = non præconcepta animi opinione aut arbitrariis signis sed *da alcune azioni, e dalla sua naturale fisonomia* = judicium hoc testem efformasse: quæ dijudicandi ratio nemini incongrua videbitur cui notum sit illud *Christi Domini apud Mat.* = *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere* = Item aliud = *Ex operibus eorum cognoscetis eos* = Age dum et videamus, an V. S. D. progressu de virtute in virtutes naturalem hanc ad malum propensionem indolemque fuerit moderatus. Atqui raptim etiam Summarii tabulas visitanti non pauci occurrent actus quibus Superbiæ (*Sum. pag.* 151. §. 55. *ad* 61. *pag.* 227. *ad* 231. §. 18. *ad* 47. 304. §§. 53. 54.) quibus iræ et impatientiæ (*Sum. pag.* 285. §. 72. *ad* 74. *pag.* 307. §. 84. *pag.* 314. §. 138. *ad* 140. *pag.* 274. *ad.* 276. §§. 138. 139 152.) quibus temerariis judiciis (*Sum. pag.* 184. §. 119. *ad* 123.) quibus dolosis verbis dicteriisque (*Sum. pag.* 169. §§ 96. 97. *pag* 65. §. 109. *pag.* 89. §§. 71. 72. *pag.* 300. §. 21. *ad* 32. *pag.* 67. §. 7.) jugiter indulsisse videtur. Quam ergo testis memoratus V. S. D. indolem esse indicaverat, cum illa sine emendatione perduraverit, progressum de virtute in virtutes primo loco in iis considerandum qui religiosum amplexi sunt institutum juxta Benedicti XIV doctrinam, excludere videtur.

69 Secundo loco consideranda venit *exacta observantia et custodia votorum quæ V. S. D. nuncupaverit quando professionem emisit.* Atqui quoad paupertatis votum exactæ huic observantiæ adversatur quæ leguntur in *novo Elencho pag.* 57. = *Tenendosi sempre appresso di se alcune immagini che erano al commune uso* » Item quæ leguntur *ibid. pag.* 248. *mostrava mangiare ogni cosa ma senza gustarle le rompe-*

va e metteva sossopra anzi qualche volta buttava il boccone = Item quæ leguntur in *Sum. pag.* 301. §. 32. = *Anche le camicie solevano molto mancarci parte perchè si prendevano per divozione parte perchè egli le dava di elemosina* = Quis est qui hisce actibus violatum per V. S. D. non videat strictissimum illud paupertatis votum quo adstringebatur ad nil sibi reservandum, nil aliis concedendum nil denique corrumpendum aut disperdendum? Nonne etiam et ab aliis res accepisse ostendit idem *Summarii* locus §. 32.? = *vi fu chi le presentasse alcune camicie, il che non so se egli altra volta ricevesse: questa volta le ricevette.*

70 Exactæ observantiæ voti castitatis adversari videtur illud de quo primæ Animadversiones §. 104. alio sub respectu disputaverant. Fœminam nempe spurcissimæ vitæ uti refert *Summ. pag.* 347 V.S.D. haud temperanti oculo conspexit adeo ut affirmare valuerit = *Figlia sei molto bella* =; illius item haud caute et sine ulla necessitate venarum pulsus tetigit. Nullo has duas actiones excusari posse modo cuidam ex Patribus visum est. Quod enim ait primus causæ patronus pulchritudinis notitiam non ex oculorum adspectu sed ex divina revelatione haustum fuisse asseverans, nulla solida probatione fulcitur; ad alterum quod spectat continuo occurrit nullam tangendi venarum pulsus adfuisse necessitatem vel saltem utilitatem.

71 Tertio et ultimo loco perpendenda est *custodia illorum omnium quæ tam in regula tam in costitutionibus sui ordinis continentur sive præcepta sint sive non.* Ne nodum in scirpo quærere videamur, ex nitida factorum serie abunde in novo elencho evoluta, V. S. D. faciles confitemur regulas Societatis Jesu plene observavisse. At reticere minime possumus plures V. S. D. admisisse *singularitates* quæ passim ab asceticis nuncupantur *pestes communitatum.* Dum enim Missionum tempore cæteri S. I. sodales pro animarum salute insudabant, ipse Ven. Aloysius = *spendeva più tempo nell'orazioni che non faceva in casa* = Perhibet etiam novus elenchus *pag.* 6. V.S.D, dum sodales vel communi Triclinio adessent vel animis recreandis operam communem darent, orationi vacavisse in cubiculo quodam = *dove allora si tenevano scope e immondezze* =: nec non *ibid. pag.* 9. refert = *e li compagni, che lo servivano mentre predicava nelli nostri Collegii, spesso si lamentavano di non trovarlo la sera per farlo cenare* = et *ibid. pag.* 10. = *di rado interveniva alle comuni ricreazioni* = Idipsum refertur *ibid. pag.* 136. Ad hanc quæstionem referri potest quod habet *Summ. pag.* 392. Dum V.S.D. in siculo oppido = *Carini* = Missionis sacræ exercitiis detineretur, eo morbo ægrotavit, quo postea absumptus fuit, domum colens viri cujusdam Principis loci Dynastæ. Qui perhumaniter exceptus hospitio fuerat, idem omnia morbo curando levandove præsidia invenit; Religiosum tamen hominem decebat, id mi-

nime impedimento esse, quin ob vitæ imminens periculum enixe efflagitaret, ad suorum sodalium siique instituti domum reduci. At V. S. D. nec verbum nec signum hujusce pandidit desiderii; et nisi sodalium hortatus et medicorum consilium accessisset, forsan extra religiosam domum mortuus esset. Non hæc propria esse videntur ardentis illius amoris quo flagrare unusqui-que debet supernaturali ex fine vitam in claustris ducens erga ea ipsa quæ selegit claustra.

72 Restat ut nonnulla indigitem quæ ad V.S.D. obitum spectat. In causis quippe Beatificationis ac Sanctificationis Servorum Dei eorum obitum præcipue spectari debere generalia S.R.C. decreta sancivere: *vid. Benedictum XIV. lib. 3. cap. 35. §. 3.* = *Præcipue observandum est ut videatur exitus vitæ illius qui petitur canonizari: quoniam quum, ut dici solet, exitus acta probant, si finis vitæ illustris sit et sanctimonia plenus et publica præsertim testificatione notatus argumentum erit quod actiones anteactæ potuerant esse sanctæ* = Hæc generalia decreta. Unde idem Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 38. num. 1.* ait = *Inter præcipua quæ sedulo sunt advertenda in causis Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei est ipsorum obitus. Favorabili quippe de virtutibus heroicis deliberationi parum profuisset continuatum earum exercitium nisi manifesta earum indicia ex iis quæ in obitu contigerunt non apparerent* = Nec quemquam latere potest S.R.C. disciplina præfatis regulis ac decretis apprime conformis. Nulli enim Servo Dei ex Sanctæ Sedis judicio Altarium honores decreti sunt nisi rigorosa plane demonstratione constiterit illius obitum illustrem fuisse, sanctimonia plenum et publica testificatione notatum. Jam vero Venerabilis Aloysii, de quo nunc sermo est, obitus haud sanctimonia plenus probari visus est quibusnam Suffragatoribus, seposita quæstione utrum, nec ne fuerit illustris et publica testificatione notatus. Quibus enim non æquivocis signis aut quonam argumenti genere uti possunt causæ patroni ut demonstrent eos actus morientem V. S.D. patravisse quibus patratis acquisitus heroicarum virtutum habitus necessario prodiret? Steriles hac in re, prout in cæteris, sunt processuum tabulæ, nec quidpiam perhibent speciali modo et rigorosa probatione sanctitatem obitus ostendens. At deficientibus ex una parte actis quæ hanc sanctitatem directe demostrent; omissa ex parte altera occurrit Sacramentorum petitio; quam omissionem non unus tantum ex Suffragatoribus demiratus est. Constat enim die Dominico V.S.D. gravissimi vi morbi correptum lecto decubuisse; nec tamen eo fervore quo Sancti omnes instantissime extrema sibi Sacramenta ministrari efflagitarunt, ipse efflagitavit. Neque id satis: vix Feria VI. urgentibus superioribus suadente medico sacram sumpsit V. S. D. Synaxim et infirmorum Oleo innunctus est. In tot processuum voluminibus nullibi vestigium extat V.S.D. aut voce aut signo votum hoc Sacramenta suscipiendi manifestasse.

73 Difficultatem exinde enatam super charitatis erga Deum defectu, ut causæ patroni declinarent, hanc sibi propositionem tanquam certam sumpserunt, tempus scilicet sacramenta recipiendi, ut ut morbus ingravescat, a conscientiæ moderatoribus et medicis esse præfiniendum; ne intempestiva petitione aut superiorum providentiæ aut medicorum peritiæ diffidere ægrotus videatur. Quid ergo si hæc minime sit probanda propositio? Vix enim defendi poterit in vulgaris virtutis homine; at *in* heroe, quem quærimus, prorsus improbanda. Id non ex rationibus intrinsecus erutis sed tantum ex exemplis demonstrare juvabit. Siquidem sancti homines, qui altarium honore donati sunt, licet obedientiæ voto mancipati non ita se gesserunt. Ut cæteros omittam recolam tantum ex inclyta ipsa Jesu Societate S. Franciscum a Hyeronimo cujus Canonizationis causam plerique ex Amplissimis qui nunc sunt Suffragatoribus pertractandam præ manibus habuerunt illumque libentius recolam ne, uti primus, ita etiam novus causæ Patronus exemplorum ineptitudini succenseat. Age ergo et vide quid de Sancti illius viri obitu testes in processuum actibus deposuerint: inhiasse dicunt, efflagitasse, instantissime petiisse a suis superioribus ut Sacræ particeps fieret Synaxi cœlestique hoc Viatico muniretur; nec id semel sed iterum ac tertio et petiisse et obtinuisse; et quarta tantum vice jussu superiorum impeditum fuisse quominus optato frueretur bono. Atqui ejusdem erat assecla instituti ac Ven. Aloysius fuit; atqui summo Ecclesiæ judicio ejus obedientia et observantia heroica jam judicata est. Sit itaque a medico, a superiore tempus definiendum quo Sacramenta ægrotis ministrentur, verum nihilominus erit hyatus, petitiones, ardentesque postulationes, quas charitatis vis imperet, a Religioso homine nedum absque piaculo posse sed etiam fieri debere. Ex hactenus super ultima hac quæstione dictis deduci posse videtur, V.S.D. obitum vel ex defectu probationis circa heroicarum virtutum actus in extremo vitæ momento exercitos vel ex omissa petitione Sacramentorum sanctimonia plenum non demonstrari ut Generalia Decreta requirunt.

Hæc dicta sint sub censura etc. salvo semper etc.

Andreas M. Frattini S. Cons. Adv. et S. Fidei Promotor.

PANORMITANA
BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS
VEN. SERVI DEI
ALOYSII LA NUZA
SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS JESU

RESPONSIO
AD
NOVISSIMAS ANIMADVERSIONES
R. P. PROMOTORIS FIDEI
SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico, in casu, et ad effectum, de quo agitur?

Beatissime Pater

1 Cum primum ad caussarum Beatificationis et Canonizationis defensionem accessi, fuit hoc mihi persuasum, quod eximius opponit Fidei Promotor *Animad.* §§. 1. 2. 3. me numquam ad assequuturum, ut rei gravitati, Patrumque sapientiæ æque satisfacerem. Neque enim ignorabam, res, de quibus agitur, et summorum virorum prudentiam, et summum oratoris ingenium, et summam in omnibus ferme facultatibus peritiam desiderare. Neque etiam me præ-

ANIMAD. §§. 1. 2. 3.

teribat, tantam hujus esse auctoritatem loci, ut Viri omni doctrinarum genere ornatissimi adessent, et præssent Summi Pontifices, quorum continua series ingenio, gravitate, sapientia ubique gentium præclarissima celebraretur. His omnibus metus, quem mihi natura pudorque meus attribuit, magis augebatur, quem, quo minus commode dicturus essem, futurum impedimento sentirem. Quid ergo? Audacissimus ego ex omnibus, qui, quod coeteri formidarent, ultro tenuissimus ingenio susceperim? Hanc certe temeritatis notam effugere minime potuissem, nisi multa, quæ in harum causarum defensione præsto sunt, adjumenta antea cognovissem.

2 Agendum siquidem de Servorum Dei virtutibus, quæ etsi, dum nostrum forum subeunt, nubes offendant, sua tamen se luce manifestant. Agendum apud Viros, quorum ipsa sapientia hoc præstat, ut caussæ expositione et lucubratione potius, quam amplificatione et enucleatione indigeant. Agendum tandem coram Summo Pontifice, Teque præsertim, PIE PONTIFEX MAXIME, quem gravitas cum comitate, morum integritas, ingenii acumen, in rebus gerendis prudentia, in scientiis Ecclesiasticis peritia, in decernendo justitia, vetusta demum religio probatum antea, quam datum universis exhibuerunt. Quibus rebus, cum tantæ Superiorum Romanorum Antistitum laudi cumulum protinus imposueris, hoc habes pro re nostra proprium ac peculiare, ut in causa Missionarii nemo TE JUDICE, qui Apostolicus præco remotissimas terræ plagas contendere non dubitasti, æquior laborum virtutumque æstimator inveniatur. Inde fit, ut illud unicum reliquum sit defensori, in quo pro viribus me semper incubuisse profiteor, ut ejus diligentia, studium, industria caussæ non defuisse videantur.

3 His ego adjumentis excitatus manus ad tabulas apposui. Porro VEN. ALOYSII LA-NUZA caussam eo alacrius suscepi, quod viderem, illius virtutes propter Apostolicum, cui se dicavit, Missionarii officium et omnibus perspectas, et sua natura illustres, et singulari charitatis prærogativa nobilissimas evasisse. De quibus nunc postremo loco dicturus quatuor orationis partes subjiciam, in quarum prima *de Præliminaribus*, in altera *de Probationibus*, in tertia *de Virtutum Relevantia*, in postrema *de Obstativis* ero dicturus.

PARS I.

De Praeliminaribus.

4 Requiruntur hac in parte tam processus, quotquot in causa adornati fuerunt, quam extrajudiciales attestationes, quotquot de V. S. D. vita exarari potuerunt: *Animad.* a §. 4. *ad* 8. De Processibus primum reponam.

ANIMAD. §§. 4. 5. 6. 7. 8.

5 Judiciales inquisitiones, quæ nostris in caussis fieri consueverunt, duplicis sunt generis, propterea quod aliæ Ordinaria, aliæ Apostolica auctoritate conficiantur. Apostolicis Inquisitionibus contexendis Literæ Remissoriales ab Urbe expediuntur, quarum regestum in S.Congregationis Cancellaria servatum harum Inquisitionum numerum satis indigitat. Has ergo Postulatores celare haud possunt, easque si omissæ quidem fuissent, Fidei Promotores singillatim appellarent. Id cum nondum factum fuerit, Apostolicas Inquisitiones exhibitas esse universas, certum exploratumque habemus.

6 Dubium omissionis de Ordinariis tantum Processibus esse poterit, eosque unice *Animad.* §. 5. *et* 6. a nobis exigit præclarissimus Fidei Promotor, ut ad sedandos Patrum animos proferamus. Quid molestum esset, universos in causa nostra adornatos processus exhibere, si existerent? Verum nullibi existunt, aut nullo umquam tempore extiterunt. Utque id probem, quoniam huic Animadversioni amplius respondere non possum, possibiles omnes casus confingam.

ANIMAD. §. 5. *et* 6.

7 Hujusmodi namque processus aut confecti præter exhibitos nulli fuerunt, aut si fuerunt, vel in Curiis Episcopalibus inveniri debent, vel perierunt. Si præter exhibitos nulli alii digesti sunt, vana est perquisitio. Si digesti, hoc in casu advertendum, Urbanum VIII. literas circulares, quæ sunt inter ejus decreta generalia, edidisse, in quibus mandavit, ut processuum ab Ordinariis confectorum originalia in eorum Archiviis asservarentur, exemplaria vero ad Sedem Apostolicam, seu SS. Rituum Congregationem mitterentur. Quapropter siqui Processus Ordinarii in hac nostra causa fuissent confecti, vi harum encyclicarum literarum et in S. Congregationis actis simul, et in Episcopalibus Curiis esse deberent. Cum S. Congregationis acta nullos præter exhibitos hujusmodi processus exhibeant, fingere demum possumus, hac in parte literis circularibus haud fuisse obtemperatum, nec exemplaria confecta, nec Romam missa. Idem autem de originalibus fingere non possumus, quæ profecto in Ordinariorum Archiviis componi debuerunt. Hoc admisso, illud unum Postulatoribus integrum est, ut in Episcopalibus Archiviis modo existentibus requiri curent. Nam etiamsi a V. S. D. morte ad præsentem diem Episcopales Sedes in Sicilia mutari contigerit, a veteribus tamen Archiva in novas Sedes translata certo certius existi-

mandum. Quo in loco admiranda certe Postulatorum diligentia, qui non Episcopales modo, sed etiam Vicariales Curias processibus perquirendis evolvi sategerunt, prout demonstratum jam fuerat *Nov. Summar. Addit. a num.* 1. *ad* 8. Nunc autem, nequid intentatum ex voto Animadversionis relinqueretur, cæteras Siciliæ civitates perlustrarunt, quo studio illud sunt assequuti, ut aliis monumentis *Noviss. Summar. Addit. num.* 1. *ad* 6. adjectis, nullos de V. S. D. Aloysio La-Nuza Ordinarios processus tota in Sicilia existere probarent. Itaque aut nulli contexti sunt præter exhibitos, aut perierunt. Quodcumque admittas, supervacanea et impossibilis evadit perquisitio, eoque pacto cessat ratio exhibitionis. Namque ex verbis decretorum novissimorum Ven. Innocentii XI. colligit Benedictus XIV. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 10. = exhibendos esse omnes processus, *quatenus adsint*: ibidemque paulo inferius ita subjungit = *rationabile quippe est, quod ex infortunio perditionis processus irreparabile non derivetur in caussam præjudicium.* =

8 Verum subjungam non periisse, bene vero numquam extitisse. Nam, si periissent, id depopulationibus incendiisque usuvenisset. Nefas enim suspicari ab Episcopalibus Archiviis dolo potuisse subduci: dolus enim deberet concludenter probari: contra ea ne suspicio quidem in omnibus Animadversionibus promovetur. Itaque processuum jactura aut vastatione aut igne contingere dumtaxat potuisset. Quod si factum alicubi esset, Archivarius saltem innuisset, ut caussam prætexeret, quare diligentiæ in inquisitione adhibitæ irritæ abiissent. Eorum vero silentium, nullos contextos fuisse processus apertissime indigitat. Præterquamquod eadem militaret ratio, ex infortunio deperitionis processus irreparabile in caussam præjudicium minime derivare.

9 Negativum hoc argumentum multis positivis confirmatur. Omnes enim Archivarii in eo sunt, ut verbo veritatis medio etiam juramento affirment, exquisitissimis adhibitis diligentiis nullum prorsus inventum esse processum; protestantur ex lege, ex more, ex encyclicis Urbani VIII. literis in actis Cancellariæ horum Processuum originalia existere debuisse, si aut in civitate aut in alio Dioecesis loco digesti fuissent, ac demum concludunt, nullos umquam fuisse constructos. Quid clarius erat in medio ponendum?

10 Præterea in novis hujus caussæ Animadversionibus emeritissimus Fidei Promotor Benedictus Veterani §. 8. *fin.* advertebat, in hujus caussæ introductione Lambertinium exarasse Animadversiones, eumdem requisivisse, ut omnes informativi producerentur processus, eoque pacto tribus jam productis tres alios fuisse adjectos. Porro Lambertinius *lib.* 2. *cap.* 36.; quod inscripsit = *de Signatura Commissionis* = *num.* 1. 2. hæc tradiderat: = Ad obtinendam signaturam » Commissionis NECESSARIA SUNT, quæ sequuntur. Primum » est etc.; Quintum, quod EXHIBEANTUR OMNES PRO-

» CESSUS AUCTORITATE ORDINARIA ANTEA CON-
» FECTI etc. : et *num.* 11. Ad quintum requisitum exhi-
» bitionis omnium processuum auctoritate ordinaria confe-
» ctorum quod spectat, præmittere opus est, quod olim
» Commissiones Introductionis expediebantur, antequam
» essent aperti processus auctoritate ordinaria confecti etc.
» Præcedens itaque Processuum apertio, antequam deve-
» niatur ad signaturam commissionis, descendit a decretis
» sa. me. Innocentii XI., in quibus præscribitur, ne si-
» gnetur Commissio introductionis harum causarum, *nisi*
» *cum præcedenti rigorosa discussione ejusdem processus*
» *cum scriptura et summario.* Verum, quia contingere po-
» test, ut plures confecti sint ab Ordinariis processus super
» fama virtutum et miraculorum; sed aliquorum tantum
» petatur apertio, et eorum tantum per consequens fiat
» exhibitio, reliquis vel apud Postulatores, vel apud acta
» remanentibus, nulla facta eorum apertione vel exhibitio-
» ne, in more positum est, ut omnes aperiantur, et exhi-
» beantur Fidei Promotori, etiamsi Postulatores ipsi prote-
» stentur, aliquem ex illis esse nullum, et se nolle eodem
» uti : » ibidemque plura S. Congregationis decreta in hoc
genus allegat, etiamsi bona fide Postulatores assererent,
omissos processus evidenti nullitate laborare.

11 Quid ergo? Hiccine, qui tam rigidus fuit scriptor, non rigidior in suo munere obeundo fuisset exactor? Atqui in hac causa exegit, exhibitionem obtinuit, severiorem ad trutinam revocavit, quod ipse Confessus est *Suar. Animad. sup. introduct. caussæ* §. *ult.* ubi hæc habet = *Postquam exaratæ fuerunt Animadversiones, et eædem fuerunt Postulatoribus communicatæ, ut pararent responsiones, cum isti vidissent oppositionem, quod deficiebant nonnulli processus, qui asservari dicebantur in Archivio Episcopi Agrigentini, operæ pretium esse existimarunt prædictos in supramemorato Archivio perquirere processus ante causæ propositionem. Diligentiæ non fuerunt irritæ, quandoquidem processus adinventi sunt, quorum alter factus fuit auctoritate ordinaria in civitate Nari, alter in Terra Palmæ, alter in civitate Saccæ, omnes pariter auctoritate ordinaria. Omnes hi processus ad me delati sunt, una cum attestatione judiciali Archivistæ, quod nulli alii processus reperiuntur in Archivio Episcopi Agrigentini. Pro mei itaque incumbentia muneris eosdem processus perlegi, omissoque examine validitatis, cum Postulatores protestentur, se nolle illis uti, nihil quoad relevantiam inveni, quod obstare valeat famæ Virtutum heroicarum, et Miraculorum Servi Dei, quin immo multa reperiantur, quæ eamdem famam mirifice comprobare valent* =. Hiccine, qui Pontificii Decreti præscripto *omnium* processuum exhibitionem peteret expressis verbis *prædict. Animad.* §. 4. = *Pro mei incumbentia muneris insto, ut omnes processus in hac causa compilati exhibeantur* . . . .

Mea instantia pro exhibitione omnium processuum in hac causa compilatorum, antequam procedatur ad Signaturam Commissionis, est bene fundata, cum numquam signetur Commissio, nisi omnibus exhibitis processibus =, si unus tantum defuisset, conticescere pro sui muneris religione potuisset? Atqui conticuit. Hiccine, qui *necessariam* ad signaturam Commissionis obtinendam omnium processuum exhibitionem scripsisset ac prædicasset, signari a Summo Pontifice Clemente XI., a quo Fidei Promotor fuerat constitutus, anno 1712. sivisset, nisi alios ordinarios processus, præter exhibitos, numquam fuisse confectos certo sibi constitisset? Ergo hujus causæ commissio, ipso Lambertinio Fidei Promotore, a Summo Pontifice signata invicto argumento est, nullos alios hujus causæ Ordinarios processus in mundo umquam extitisse.

12 Hisce tam validis, tam multis, tamque positivis argumentis dubitationes suspicionesque cæterarum Animadversionum evanescant oportet. Prima siquidem suspicio oritur ex verbis I. Testis *Proc. Ord. Panorm. compulsati in Remiss. fol.* 1371. Hic Testis est P. Ignatius Moncada S. J. qui testatur, se utpote Præpositum Provincialem utendo facultatibus a Præposito Generali sibi tributis, deputasse P. Michaelem Frazzetta ad effectum = *di poter andare per tutti gli Arcivescovi e Vescovi di Sicilia, acciò si piglino autenticamente informazioni del detto P. La-Nuza* =. Quo in loco advertendum, authenticum dici illud, quod multorum auctoritate comprobatum, quin necesse sit, id ipsum esse judiciale. Informatio quoque non est juridica inquisitio, bene vero quod alterius ore vel scripto in notitiam pervenit. Quæ quidem informatio etsi deinde judiciali processui inservire possit, tamen verborum proprietate non est ipse judicialis processus. Quapropter cum P. Michael Frazzetta authenticis sumendis informationibus mandatum sequutus omnes Siciliæ civitates peragraverit, exinde sequitur, non formales ubique fieri jussisse processus, sed multos ubique excussisse homines, quos partim ex omnibus locis in sex illas ordinarias, quas tantum adornari curavit, inquisitiones induceret, partim extrajudiciales attestationes, quas alii scripto exaraverant, compulsaret, pro aliis vero, quorum neque judiciales, neque extrajudiciales depositiones haberi poterant, se ipsum Testem exhiberet, ut quæ a singulis tota in Sicilia didicerat, omnia Judicibus essent manifesta.

13 Hoc adamussim est, quod a P. Frazzetta gestum est, quemadmodum acta perhibent. Nam primo in Processibus informativis Panormitanis plures, qui in aliis Siciliæ civitatibus degebant, examinati reperiuntur. Sic in Processu Ordinario Panorm. 1660. examini subjecti fuerunt omnes Patres Societatis Jesu, qui Congregationis Provincialis occasione ex cunctis Provinciæ Collegiis Panormum convene-

rant. Sic in Proc. Ord. Panorm. anni 1657 plures occurrunt Testes, qui de rebus, quas aliis in locis vel viderant, vel audierant, deposuerunt, quique sunt inter alios Testis III. *Summar. num.* 9. §. 4. Testis IV. *Summar. num.* 20. §. 1. Testis VII. *Summar. cit. num.* 9. §. 8. Testis XLVI. *ibid.* §. 52. Testis LXIII. *Summar. num:* 8. §. 1. Testis LXXVI. *Summar. num.* 25. §. 59. Testis LXXXIX. *Summar. num.* 18. §. 157. Ex quo novum surgit argumentum, ut magis perspicuum sit, nullum in aliis Siciliæ civitatibus adornatam fuisse judicialem inquisitionem.

14 Deinde his in processibus extrajudiciales attestationes, quas in Sicilia aliisque in locis nactus erat, compulsari voluit. Unde in Proc. Comp. *fol.* 1263. *terg.* Notarius Actuarius testatur, quod idem P. Frazzetta Procurator = *attulit nonnullas scripturas considerandas a Tribunali, quæ continebant virtutes et miracula patrata ab eodem Ven. Servo Dei tum in civitate et insula Lyparensi, tum in civitate Montis Leonis existentis in Calabria, tum etiam in aliquibus civitatibus Insulæ Siciliæ* =. Quæ quidem scripturæ aliud esse nequiverunt, nisi authenticæ illæ informationes, quas lustrando Siciliam comparaverat, uti legitur Summ. num. 9. §. 126- *avendo voltato buona parte della Sicilia per pigliare informazione di questo Servo di Dio conforme mi ordinò ec.* = et num. 37. = *Per l'occasione D'INFORMARMI delle virtù e miracoli del detto P. Luigi La-Nuza ho voltato quasi tutta la Sicilia* =. Ex qua postrema auctoritate clarius colligitur, P. Michaelem Siciliam peragrasse, ut scripturas ad sui ipsius institutionem colligeret, quibus demum pro bono causæ, quam incepturus erat, opportune uteretur, quemadmodum in omnibus causis fieri consuevit.

15 Tandem quia præter scripturas alia plurima oretenus acceperat, eadem quoque nota esse Judicibus curavit. Cum itaque nullos alios, ut id assequeretur, modos videret, se ultro judiciali examini subjecit. Hoc idem Notarius Actuarius declarat Proc. fol. 1265: = *Comparuit P. Michael Frazzetta dicens se habere multa deponenda de Ven. Servo Dei P. Aloysio La-Nuza audita in multis locis Siciliæ, quando fuit missus a suis Superioribus ad se informandum de virtutibus et miraculis ejusdem Servi Dei* = iterumque Proc. fol: 1264. = *Comparuit P. Michael Frazzetta ad effectum deponendi et testificandi nonnulla miracula, quæ ad ejus notitiam devenerunt ex aliquibus personis et locis totius Regni Siciliæ, quæ tamen non possunt ab eo probari vel ex distantia loci, vel quia ipsaemet personæ ad meliorem vitam abierunt, ut autem ex his rebus maneat memoria voluit dictus Pater de licentia ipsius Remi Vicarii testari ea omnia, quæ novit* = Et ipse P. Michael Frazzetta deposuit proc. fol. 1319. tergo = *Aggiungo alcuni miracoli, che mi sono stati non solamente riferiti, ma ancora giurati da persone degne di fede, mentre io andava per la Provincia*

ad informarmi delle sue virtù e miracoli e sono li seguenti dalli quali si può cavare la divozione e venerazione, che comunemente hanno per tutta la Sicilia al P. Luigi La-Nuza, invocandolo nelle sue necessità e occorrenze alla sua intercessione, come si suol fare alli Santi.

16 Quæ cum ita sint, cumque objectus I. Testis P. Ignatius Moncada S. J. Præpositus Siciliæ Provincialis in actu examinis apprime nosset, P. Michaelem Frazzetta hoc adamussim modo facultatibus sibi tributis usum, ut notitias de V. S. D. virtutibus et miraculis seu scripto seu verbo traditas acceperit, has innuere voluisse patet, cum dixit, se illum deputasse ad effectum = *di poter andare da tutti gli Arcivescovi e Vescovi di Sicilia, acciò si piglino autenticamente le informazioni del detto P. La-Nuza* =. Immo cum P. Procuratorem hoc modo usum P. Provincialis non reprehenderit, constat, hunc adamussim modum mandato suo exegisse, quo pacto non potuit objectis verbis aliud, quam authenticas extrajudiciales attestationes significare. Postremo cum probe sciret, nulli judiciali inquisitioni ante annum 1660. quo ante omnes examinabatur (hoc enim anno prima inquisitio prodiit) manum fuisse appositam, P. Provincialis judiciales inquisitiones objectis verbis ne cogitare quidem potuit.

17 Altera suspicio deducitur ex eo, quod Ven. Aloysius La-Nuza totam Siciliam Apostolicum Missionarii munus exercendo cursitaverit. Id etsi confessi simus, non tamen legitime concludi exinde potest, nullam esse Episcopalem Sedem, nullamque illustriorem civitatem, in qua probabile non sit, informativos processus non fuisse constructos. Hanc probabilitatis dubietatem Signatura Commissionis, et fides Archivistarum omnium Sedium Episcopalium Sicularum *Nov. et Novis. Summ. Addit.* inserta omnino adimunt. Et profecto Missionariorum causis conclamatum esset, si cunctis in civitatibus, ubi suum munus exercuerunt, processus essent contexendi. Itaque non quod novum atque inauditum est, sed quod in aliis causis fieri consuevit, et in hac gestum est existimandum, ut, testibus ac notitiis undequaque conquisitis, inquisitiones praecipuis in urbibus adstruerentur. Facto apparet, hoc satis superque præstitisse Patrem Frazzetta, propterea quod maximam Testium sive domesticorum sive exterorum multitudinem undequaque collectam ad examen induxerit, plurimam attestationum segetem omnibus ex locis comparatam in acta compulsaverit, cæterisque aperiendis, quæ aliter cognosci non poterant, seipsum Judicibus examinandum obtulerit. Quapropter suspicionibus depulsis, nullos, quam quos exhibuimus, in causa nostra confectos fuisse processus, evidentius apparet.

18 Perfecta omnium Processuum exhibitione tali modo demonstrata atque indicata, ad ipsas extrajudiciales attestationes progrediamur. In Novis Animadversionibus §. 7. harum at-

ANIMAD. §. 7.

testationum exhibitio sic producebatur: » In narratione etiam
» assertorum miraculorum, quæ Servo Dei viventi tribuun-
» tur multa deprehendi possunt adversantia heroicitati vir-
» tutum. Quæ vero deperdita feruntur, ut conquiescere pos-
» sit animus in hac jactura, satis non est sola Postulato-
» rum assertio, sed constare prius debet de judicialibus di-
» ligentiis rite adhibitis ad rem, de qua quæritur, per-
» quirendam, et demum, ne ullus obrepat error in hac
» gravi materia, discretaque methodo omnia distinguantur,
» gratissimum erit, ut Postulatores nulli parcentes labori
» singillatim probent, quod scripta aliena agentia de Servo
» Dei enunciata a Testibus quos allegavimus *in cit.* §. 10.
» *præterit. Animad.* vere eadem numero sint ac illa, quæ
» dicuntur compulsata in Processu, aut ab iisdem Testibus
» compendiose relata in respectivis depositionibus.

19 In responsione ad Novas hasce Animadversiones *a* §. 10. *ad* §. 17. nulli nos labori parcentes, gratissimumque illud R. P. Fidei Promotori præstare volentes rem omnem ex præ-concepto voto enucleavimus, ut tres Testium objectorum classes distinguendo demonstraverimus, requisitas omnes attestationes partim esse a Testibus in suo examine compendiose relatas, partim in processus compulsatas, nullas vero a Testibus indigitari relationes miraculorum V. S. D. vivente patratorum, sed omnia objecta miracula post ejus mortem fuisse et patrata, et chartis commissa, quorum proinde attestationes nihil viventis virtutibus contrarium redolere poterant. Sic respondendo animadversionis voto tam plene satisfecisse putabamus, ut omnis in posterum hac super re sollicitudo singulorum animos refugeret.

20 Neque hic acquievimus. Illuc enim omne studium nostrum contulimus, ut eorum, quæ jam in actis per Testium depositiones compendiose relata haberentur, originalia proferremus. Verum, quo tendebamus, pervenire datum non fuit. Neve illorum jactura simplici Postulatorum assertioni niti videretur, duas in medium protulimus fides P. Procuratoris Provinciæ Siculæ, et P. Archivistæ domus Professæ Panormitanæ, qui ejusdem Provinciæ Archivum meliorem in ordinem redegerant, quibus probatur, exquisitissimis adhibitis diligentiis, nihil inventum. Duas hasce fides *Novum Summarium Additionale num*: 10. *et* 11. *in* gremio complectitur.

21 Rebus hunc in statum adductis, pronum erat cuique perspicere, Animadversionibus ex præconcepto voto elucidatis, nihil jam superesse non modo judicialiter perquirendum, sed neque amplius desiderandum; propterea quod intus haberetur, quod quærebatur, eorumque authographa pateret esse deperdita.

22 Contra hæc Novissima Animadversio §. 7. ad quorumdam

Patrum animos in tranquillo ac tuto adhuc ponendos duo adnotat. Huic enim fundamento innitens, sibi sat esse, extrajudiciales has attestationes semel extitisse apud Postulatores, et apud inclytam Societatem Jesu, ait primo, debile inexistentiae seu deperitionis argumentum desumi ex una atque altera attestatione P. Procuratoris Siculæ Provinciæ, et P. Archivistæ domus professæ Panormitanæ Societatis Jesu, cum usuvenire potuerit, ut documenta alio fuerint translata: ait secundo, instantiam pro judiciali horum monumentorum inquisitione de jure ad nos pertinere.

23 Antequam ad primum reponam sedulo considerandum, quod tandem sit caput quæstionis, quam novissima istæc animadversio proponit. Quid enim quæritur? An ut exhibeantur attestationes? Minime profecto. Etenim ostendi, eas esse partim a Testibus in suo judiciali examine compendiose relatas, partim in actis compulsatas, unde, quod intus habetur, frustra quæreretur: eo vel magis, quod illo adamussim modo a nobis satisfieri Animadversio ipsa repoposcerit. Quid ergo jam quæritur? Ut harum scilicet attestationum exhibeantur authographa. Hic autem distinguendum est. Extrajudiciales quippe testificationes in actis compulsatæ jam originales in originalibus inquisitionibus existunt. Harum proinde exhibitio, quæ jam facta est, nec iterum facienda, neque a nobis quærenda. Tota poinde quæstio huc recidit, ut earum dumtaxat exhibenda sint authographa attestationum, quæ continebant facta, quæ Testes verbali in examine coram Judicibus explicaverunt. Re sane vera, cum ad omnem exhauriendam diligentiam studuerim, ut ipsa haec authographa perquirerentur, neque invenire potuerim, hoc testatus sum fide PP. Procuratoris Provincialis et Archivistæ. Nunc arguitur debile esse hoc inexistentiæ seu deperitionis argumentum. Ergo in eo sumus, ut de originalibus eorum, quæ a testibus narrata prostant in actis, utrinque agatur. Quo posito, sic arguo.

24 Quæ a Testibus juratis coram Judicibus formali in examine relata sunt, plus certe valent, quam ea, quæ, antequam testimonium dicerent, chartis commiserunt. Quapropter quorum extat judiciale testimonium, eorum perperam desideratur extrajudicialis attestatio. Nam fingamus etiam, testimonium cum attestatione ejusdem personæ non apprime convenire. Hoc in casu judiciale testimonium præ attestatione extrajudiciali attendendum, omnia jura clamarent. Cui cum illud accedat, gravissimis auctoritatibus hodie probari, eadem originalia deperiisse, judicialem inquisitionem pro iis inveniendis non solum inutilem, sed etiam impossibilem reddi, nemo non videt.

25 Neque enim tam debile videtur Procuratoris Provincialis, et Archivarii Domus religiosæ documentum, ut in eo Patrum animi securi non acquiescant. Si enim hoc semel admitteretur, jam integritas fidesque humana cessasset. In nostro

autem casu eo magis hujusmodi documentum auctoritatem sibi vindicat, quod, qui fidem faciunt, protestentur, se in meliorem ordinem Archivum redegisse, scripturasque omnes novis in pluteis collocasse. Ex quo cum factum sit, ut nulla epistola narrationem miraculosæ sanationis ope Ven. La-Nuza impetratæ referens fuerit inventa, hoc certo indicio est, chartas fuisse tam recto ordine distributas, ut, quemadmodum unica existens inventa est, sic cœteræ, si extitissent, facile essent inveniendæ. Sed facito judicialem inquisitionem a S. Sede hac super re præscriptam. Pro inveniendis chartis, quæ nonnisi in Archivio Panormitanæ Societatis Jesu esse possunt, qui tandem erunt examinandi? Fortasse etiam alii, sed necessario ipsi Patres Provincialis et Archivarius. Non ergo debilis eorum fides, si necessarium examen.

26 Debilis potius videtur ratio e contrario in medium posita; quia nimirum documenta, causa decurrente, alio transferri potuerint. Originalia siquidem ex Archivis numquam extrahuntur, aut si quando transferri acciderit, aliquid memoriæ relinquitur, cujus nullum in causa nostra vestigium. Facito tamen alio translata. Cum de monumentis ad causam Beatificationis pertinentibus agamus, profecto non aliud admittere possumus, quam e Provincia Siciliæ Romam fuisse transmissa: atqui neque in Archivo hujus domus Professæ Romanæ existunt, ut probat *Novis: Sum. Addit. num 7.* Ergo supposita hæc translatio est rejicienda, et inquisitionis sollicitudo procul amandanda.

27 Ad secundum advertam, illud contendi, ut ad nos pertineat instantia ad eorum originalia judicialiter perquirenda, quæ in actis non desunt: illud insuper requiri, ut formales inquisitiones instituantur iis colligendis, quæ apertissime apparet, in mundo non existere, etsi exploratum sit, aliquando extitisse. Igitur ea ratione, quod aliquando id originali attestatione extiterit, quod hodie judiciali depositione in promptu est, nunc ad impossibile ducimur, ad quod non tenemur.

28 Neque ullo jure adigimur. Cognoscat enim præclarissimus Adversarius quibus legibus vivamus. Imprimis Urbanus VIII: in decretis generalibus pag. 57. vetuit, *capere informationes super sanctitate vitæ aut miraculis alicujus defuncti, neque ullo modo exquirere aut obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes aut subscriptiones sub pœnis S. Congregationis arbitrio infligendis* =. Deinde Ven: Innocentius XI in suis decretis novissimis hæc expresse præcepit: – *Cum in decreto approbato a fel: rec. Urbano VIII. die 12. Martii 1631 impresso in libel. pag. 57. Sacra Congregatio cognoscens, quod in hac re utpote gravissima rite sancteque procedendum est, prohibuerit omnibus et singulis personis, ne audeant aut per se aut per alios capere informationes super sanctitate aut miraculis alicujus, nec ullo*

modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes aut subscriptiones sub poenis ipsius S. Congregationis arbitrio infligendis, illud confirmando jussit, quod hujusmodi extrajudiciales attestationes non solum exquiri aut obtineri non valeant, sed rursus quod hactenus obtentae, sive in futurum obtinendae non faciant aliquem gradum probationis, nec inseri possint in processibus tam ordinaria, quam Apostolica auctoritate fabricandis =. Hinc Lambertinius in animadversionibus pro hujus Caussae introductione exaratis §. 6. ita scribebat. = *Insto praeterea, ut ex processibus deleantur nonnullae attestationes et fides in ordine ad famam Virtutum et miraculorum Servi Dei. Sunt hae registratae in Processu Panormitano fol. etc. Non solum enim in decertis generalibus prohibentur hujusmodi extrajudiciales attestationes etc.; sed ulterius in decretis Novissimis sa. me. Innocentii XI. expresse demandatur, ne inserantur in processibus sive ordinaria sive apostolica auctoritate fabricatis etc.* = Qui autem fit, ut tantus hodie in eadem causa pro extrajudicialium testificationum authographis excipiendis rumor a Fidei Promotoribus excitetur, ut judicialis processus propterea adornandus contendatur?

29 Et quamvis horum decretorum rigor fuerit remissus, attamen cautum est, ut novissimus processus Apostolicus Remissorialis super virtutibus et miraculis in specie sit etiam compulsorialis, quatenus post Testium examina possint Judices scripturas extrajudiciales recipere, et in processum compulsare. Itaque Postulatores, quando Processum Remissorialem atque Compulsorialem petiverunt, facultates suas ita hauserunt, ut novum compulsorialem poscere non sit illis integrum.

30 Re sane vera Alexander VII. peculiari suo decreto, quod inter novissima referri, et inconcusse servari mandavit, anno 1658 prohibuit, ne in posterum facultas a S. Congregatione daretur Postulatoribus probationes adjuvandi, neve quaecumque compulsoriales vel remissoriales literae relaxarentur. Anne igitur post didicta testificata, ut Juristae loquuntur, et sub fine judicii Postulatores contra omnia jura et contra nostra decreta peterent literas compulsoriales ad contexendum Apostolicum processum super perquisitione authographorum illarum attestationum, quae in actis ab ipsis Testibus judicialiter relata habentur, ut elucident confirmentque probationes, quando ne ad probationem quidem requisita authographa inservirent; quando non amplius existere est exploratum; quando literas a S. Congregatione con cedi non posse apprime cognoscunt?

31 Perspectis his legibus, quibus unice nostro in Foro utimur, Patrum animi quiescere tranquilli debent, si Postulatores ea, quae non modo suam, sed etiam S. Congregationis potestatem excedunt, quaeque insuper supervacanea sunt et impossibilia, hactenus exequi minime potuerunt.

32 Postquam necessariam processuum atque attestationum exhibitionem explosimus, illuc ab Animadversione §. 8. traducimur, ut legitimam excusationem tradamus, quare a prima ad alteram hujus dubii proposisitionem quatuor et octoginta annos effluere siverint Postulatores. Diuturnum Postulatoribus excusare silentium convenit in iis, quibus esse potest dolosæ dilationis suspicio. Hinc Benedictus XIV. per sua decreta annis 1741 et 1754 in vulgus edita doli suspicionem induxit in illis causis, in quibus constaret, processus sive Ordinarios sive Apostolicos esse dolo malo aut culpabili negligentia tamdiu dilatos, donec nulli superessent Testes de visu. In his enim casibus processuum dilatio indicium suppeditabat, voluisse Postulatores, ut probationes legitimæ deficerent. Verum, legitimis probationibus opportuno tempore per Postulatores collectis, iisque semel in judicium productis, dolosæ dilationis suspicioni jam nullus erat locus. Jam enim propositas probationes AA Consultores examinaverant, jam de iisdem deque virtutum relevantia suffragium tulerant, jam Fidei Promotor, qui adfuerat, suffragia Novis in Animadversionibus collegerat. Dilatio quoad secundam dubii propositionem nihil boni, aliquid vero detrimenti causæ afferebat, propereaquod post diuturnum temporis intervallum novi S. Congregationis Consultores essent instituendi, a quibus certo certius novæ difficultates promovendæ. Itaque non dolus, sed necessitas causæ dilationem potuit Postulatoribus præcipere. Tunc solum Postulatores de dolo arguendi, cum novas animadversiones suppressissent. Præterquamquod autem id non erat neque suæ religionis, neque suæ libertatis, eo etiam facto Antepræparatoriam Congregationem repetere debuissent, atque ex illo etiam capite novum causæ damnum parassent, quod non est suspicandum.

ANIMAD. §. 8.

33 Hac de causa quia nimirum ob dilationem ab Antepræparatoria ad Præparatoriam Congregationem doli suspicioni locus nullatenus consisteret, factum est, ut, cum in Novis Animadversionibus §. 32 ad amovendam doli dubietatem his simpliciter verbis appellaremur = *Reminisci debent, seduloque perpendere, an ulla in Postulatoribus notetur culpabilis tarditas* =, negotium omne in eo contulerimus, ut ex Apostolicorum Processuum dilatione culpabilem tarditatem averteremus: cum præsertim superior Animadversor Benedictus Veterani tam longam in respondendo moram divinasse non opinaremur. Itaque AA. Patrum admiratio ob diuturnum ab una ad alteram Congregationem silentium ne fuit quidem nobis excogitanda.

34 Nunc, quandoquidem Postulatores negligentiæ notam purgasse, si post ordinariam inquisitionem longo temporis intervallo Apostolici Processus institui coeperunt, ipsæ Animadversiones §. 10. admittunt, ut hujusmodi admirationem deprecer, legitimas necesariasque causas, quare tamdiu

Præparatoria Congregatio dilata fuerit, subjungimus Præmisso enim, hoc esse Societatis Jesu proprium, ut unaquæque provincia pro causis suorum Dei Servorum expensas suppeditet, tristissima Societatis Jesu historia docet, jam sub Benedicto XIV illius suppressionem fuisse petitam, eamque in Hispania, inque Regno duarum Siciliarum anno 1767. fuisse factam. Quare cum anno 1750 habita fuerit Congregatio Antepræparatoria, quemadmodum demonstrat Factum Informativum prope finem, cum aliqui anni necessario effluxerint, antequam novæ Animadversiones pararentur, mirum non videtur si aliis procedentibus causis, hæc Ponormitana diu constiterit. Post id temporis, Societate restituta, Sacrorum Rituum Congregatione penitus mutata, ad sæculum sine dolo causa conticuisset.

35 Cum ita se res habeant, cumque proposita de fraudulenta Præparatoriæ Congregationis dilatione, de extrajudicialium Attestationum omissione, deque Processuum defectu Animadversiones satis superque refutatæ videantur, quæ tria ejus partis, quæ de præliminaribus fuit inscripta, objectum constituebant, ad aliam, quæ de Probationibus est, progrediamur,

PARS II.

De Probationibus.

ANIMAD. §. 9.

36 Quam Summarium atque Elenchus directam probationem exhibet, eam Animadversiones a §. 9. *ad* 27. oppugnare conantur; ita tamen, ut, illa deficiente, non interitus causæ immineat, sed ut remedium a decretis vel anno 1741. vel anno 1754 evulgatis, quæ vel tria, vel quatuor miracula ad Beatificationem necessaria præcipiunt, eidem comparetur. Omne autem rationis momentum in eo ponunt Animadversiones, quod Testes ordinarii defectu conditionum a Benedicto XIV. requisitarum cum Apostolicis ad effectum directæ probationis constituendæ conjungi non valeant.. Cum enim huic conjunctioni idem Summus Pontifex tradiderit facilem esse locum, *I. si Testes oculati, qui deposuerunt in processu ordinario, nullam patiantur exceptionem in dictis et in personis: 2. si deficientibus in processu Apostolico Testibus Oculatis, in eo saltem reperiantur Testes ex auditu ab his, qui viderunt:* = tum ad impediendam ordinariorum cum Apostolicis processibus conjunctionem, directamque probationem, quæ ex omnibus simul junctis coalescit, avertendam, primo multa contra Testes Ordinarios *de visu*, deinde contra eos Apostolicos Testes, qui *de auditu a videntibus* deponunt, exceptiones congeruntur: *Animad* §. 9. ad §. 27.

ANIMAD. §. 10 11.

37 Nos igitur, qui causam defendimus, cum apprime comperiamus, ab eodem Summo Pontifice in prima parte decreti, quod anno 1754 editum est, reperiri constitutum, Testes Ordinarios de visu cum Testibus Apostolicis de auditu a videntibus, quibus necessaria requisita non desint, ita in linea probationis conjungendos, *ut propositis dubiis super Virtutibus aut martyrio responderi possit = Constare de Virtutibus = Constare de martyrio = et in progressu ad ulteriora pro obtinenda formali beatificatione, sufficere debeant DUO MIRACULA*, omne dubium negotium, ut duobus distinctis articulis objectæ exceptiones funditus diluantur.

A R T. I.

De Testibus Ordinariis de visu.

38 Testes ordinaria potestate examinatos esse *de visu*, in confesso est apud omnes. Ut hi cum Apostolicis Testibus in linea probationis conjungantur Benedictus XIV. exigit, ut neque *in personis*, neque *in dictis* patiantur exceptiones; hinc immerito additur tertia conditio, neque pati debere exceptiones *in forma examinum*; namque examinum forma ad aliam spectat judicii partem, ut mox dicemus.

ANIMAD. §. 11

39 Personales Testium qualitates, ut de his cum Animadversione §. 12. primum loquamur, sunt quæ eorum conditionem, sexum, vitam, ætatem, dignitatem, fortunam respiciunt *Cap. Forus.* 10. *de verborum. signif. et L.* 2. *et* 3. *ff. de Testibus*; hisque versiculis comprehenduntur.

ANIMAD. §. 12

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et fortuna, fides: in testibus ista requires.

Ordinarios, quos adhibemus, Testes in suis personalibus qualitatibus alias expendens R. P. Fidei Promotor *Nov. Animad.* pariter §. 12. ajebat, esse *qualificatissimos, si eorum spectes characterem, dignitatem, habitum cum Servo Dei ad plures annos contubernium, vel diuturnam familiaritatem, et necessitudinem, quæ cum illo intercessit*. Contra eosdem nunc exceptiones personales proferuntur, quarum quæ prima est, ad omnes tum Ordinarios, tum Apostolicos Testes protenditur, atque est ejusmodi, *Testium nimirum examinatorum maximum numerum fuisse Societatis Jesu Alumnorum.* Hic vero numerus adeo extollitur, ut *non æqualis, sed nec comparabilis aliorum Testium numero* dicatur. Hos a partium studio eo magis vindicandos concluditur, quod vitam omnium oculis expositam Ven. La-Nuza instituerit.

40 Si in omnibus causis Testes exteri sunt idonei, in nostris Testes domestici, seu illius Regularis Ordinis alumni, quem vivens Servus Dei professus est, evadunt non solum idonei, ut scribit Bordonus *de miraculis medit.* 32. *num.* 28. relatus a Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 15. = ibi = *In*

probanda autem regulæ observatione, et hujus generis, quæ solis professis solent esse nota, tunc idonei omnino Testes sunt =: sed evadunt etiam necessarii: ut prosequitur Mathæuccius apud eumdem Benedictum XIV. loc. cit. = *Quin immo quando in similibus causis omitteretur Religiosorum et Monialium respective examen, suspicio esset, quod data opera fuisset prætermissum, ne imperfectiones aperirent, quas potuissent observare in eo, de quo ageretur. Nam certe a nullo melius possunt sciri facta Servi Dei alicujus ordinis, quam a Religiosis cum eodem conviventibus, præsertim loquendo de iis, quæ egerat in Conventu et Monasterio* =. Unde sequitur, Postulatorum solertiam tanto magis esse commendandam, quanto plures necessarios Testes præ idoneis induxerunt.

41 At enim Ven. La-Nuza non in claustro delituit, sed publicam vitæ rationem istituit. Id non negamus respectu tantum triginta postremis vitæ annis. Quibus quidem annis magnam temporis partem in Societatis domibus privatam, ut cæteri, vitam agebat, velut deponit Testis LXIV. Proc. Panorm. Ordin. anni 1667. *Sum. pag.* 53. §§. 89 90. = Fa„ ceva egli in chiesa nostra, o in altra assegnatagli dalla „ santa obedienza le prediche Ordinarie della Quaresima, „ Està, ed Avvento, Annuale, o Lezione almeno per anni „ trenta continuamente, anno per anno senza interruzione „ dall'anno 1626, sino all'anno 1656., che fu l'ultimo di „ sua vita, come io ne tengo una notazione minutissima: „ inoltre faceva moltissimi sermoni con varie occasioni in„ vitato alle feste proprie delle Chiese, o delle Quarantore „ del Santissimo. Inoltre *negli altri tempi dell'anno*, mis„ sionando per le terre, predicava una o più volte al gior„ no ec. = Atque his quidem triginta annis, cum ad Missiones pergeret, plures ex suis sodalibus debuit habere comites; pluribus etiam in Societatis domibus debuit commorari. A quibus quidem personis, et quibus in locis cum non solum ratio Missionum, sed etiam regularis observantia esset internoscenda, hinc alia oritur necessitas, ut in hac potissimum Ven. Servi Dei causa præter idoneos ipsi necessarii Testes plurima copia adhiberentur.

42 Neque vero tantum excedit necessariorum Testium numerus, quantum fingit Animadversio. Nam prætermittendus est Processus Ordinarius Panormitanus anno 1660 constructus, in quo cum plerique Testes solum ex condicto deposuerint, Testis nomen haud merentur. Pauci, qui supersunt, æquo sunt numero. In cæteris processibus, ut qua ex parte major numerus consistat oculis perspiciamus, Testes sive domesticos, sive exteros, qui tam Ordinaria, quam Apostolica potestate fuerunt rogati, distincte enumeremus ex *Sum. num.* 1. *et* 2.

43 Processus Ordinarius Panormitanus anni 1667, dempto P. Michaele Frazzetta, quem Testes inter haud computamus,

Testes habet undenonaginta, ex quibus tres tantum et viginti sunt domestici, reliqui sex et sexaginta exteri.

44 Processus Ordinarius anno 1662 Drepani confectus complectitur Testes quindecim, quorum octo exteri, septem domestici.

45 Processus Ordinarius Agrigentinus eodem anno 1662 digestus Testes numerat unum, et triginta, ex quibus exteri quinque et viginti, sex tantum domestici.

46 Itaque Testes Ordinarii sunt omnes centum triginta quinque, ex quibus exteri sunt novem supra nonaginta, domestici solum sex supra triginta. Duæ tertiæ exterorum partes domesticos excedunt.

47 Item Processus Apostolicus Panormitanus *ne pereant probationes* Testes continet omnino sexdecim, sex autem exteros, decem domesticos.

48 Processus Apostolicus Panormitanus continuativus seu compulsorialis undecim Testes recenset, quorum septem exteri, quinque domestici, unde Apostolicorum Testium numerus est utrinque æqualis.

49 Omnes simul ut colligamus, ex Testibus centum sexaginta duobus legitime in causa examinatis, quinquaginta sunt domestici, centum et duodecim exteri.

50 Neque dicas ab exteris referri miracula. Nam neque domestici de miraculis conticescunt. Miraculorum vero patratio est gratia gratis data, ac de omnibus Testibus arguitur referre gratias gratis datas. At quantumvis volueris demas, illud tamen apparebit, verius a nobis dici, tantam esse præ domesticis exterorum copiam, ut non modo æqualis, sed nec comparabilis domesticorum numero inveniatur.

51 Restat nunc, ut modica illa domesticorum Testium pars ab affectionis studio vindicetur. Porro jura jam vindicarunt. Vidimus enim nostra disciplina non solum idoneos, verum et necessarios haberi. His addas statum religiosum, addas juramentum, addas Doctorum sententias in eo consentientes, Testes universitatis in causa universitatis recte deponere, quando res non respicit commodum, singulorum, prout accidit in causa Beatificationis. Benedictum XIV. *cit. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 13. audire non pigeat: = Testes Universitatis admittuntur et probant in causa universitatis ipsius, » si deponant super re, quæ non respicit ad negotium sin» gulorum, sed tantum ad causam ejusdem universitatis: » Fermosin. *in cap. Tertio loco* 5. *de probat. quæst.* 1. *n.* 6. » *Losacus de jure Universitatis part.* 2. *cap.* 1. *num.* 74. » Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caus.* 106. num. 13. Mans. » *consult.* 308. *num.* 11. *tom.* 4. Adden. a Buratt. *dec.* 314. » *num.* 7. *fin.* Rota coram Cavalerio *dec.* 140. *num.* 3. et » coram Ludovisio *decis.* 360. *num.* 8. Atque adeo instar » Testium de Universitate asscrentium in causa Universi» tatis passim substinetur, Testes Religiosos testimonium

» reddere posse in causa Beatificationis, aut Canonizationis
» Servi Dei, vel Beati ejusdem instituti Professoris. Cepa-
» rius *in direc. Canoniz. part.* 2. *cap.* 7. sic loquitur: *In*
» *his causis admittuntur etiam ad testificandum testes ex*
» *eadem Religione ut idonei: idque ex regula generali,*
» *quod Testes universitatis pro illa admittantur testimo-*
» *nium dicere, quando de eorum singulari commodo non*
» *agitur . . . . Nec obstat suspicio affectionis: illa enim*
» *purgatur per juramentum testis. Concurrit sanctitas, et*
» *perfectio Religiosorum, ex quo magis præsumitur verita-*
» *tem dicere cum juramento, et sic facilius ad testifican-*
» *dum pro suo religioso admittuntur.* Idem late presequun-
» tur Contclorius *de Canoniz. SS. cap.* 18. *num.* 4. Matta in
» simili tractatu *par.* 4. *cap.* 17. *num.* 13. Fr. Antonius a
» Spiritu Sancto *de primatu seu principatu Eliæ* §. 12.
» *num.* 296. Pignatell. cons. 19. num. 2. Rosa *in addit. ad*
» *tract. de executor lit. A= post num.* 123. Rotæ Auditores
» in relatione S. Jabobi de Marchia §. *Sanatio Gibbosæ*; in
» relatione S. Hyacinthi, in relatione S. Franciscæ Roma-
» næ, in relatione S. Theresiæ, S. Catharinæ de Riccis,
» Servi Dei, nunc Beati Hieronymi Æmiliani etc. » Quare
cum jura tam nostra, quam aliena domesticos Testes ab
affectionis studio defendant; cum generali, et peculiari
nostræ causæ necessitate hujusmodi Testes plurimo nu-
mero fuerint ad examen inducendi; cum denique horum
numerum exteiorum copia longius excedat; personalis is-
thæc exceptio videtur evanuisse.

ANIMAD.

52 Cæteris modo insistendum. Antequam autem huc veniamus,
non possumus, quin de Animadversionis solertia duo verba
faciamus. Animadversio §. 13. hæc tradit = *Licet hæc dif-*
ficultas contra Testes universim sumptos nudæ præsum-
ptionis fines non prætergrediatur, ad directam tamen pro-
bationem accedit, cum speciatim omnium Testium Societatis
Jesu alumnorum, quos Processus exhibet Panormitanus an-
no 1660 *exaratus FIDEM EXPENDAMUS* =: Sic dein-
ceps Animadversio fidem, atque auctoritatem hujus proces-
sus ad trutinam revocans arguit, Judices Delegatos, nec
rite, nec recte Testes examinasse, suam Commissionem
excessisse, ignorantes et parti amicos sese ostendisse. Tali
ratione ex eo, quod alterius judicii substantiam efformat,
nimirum judicii de validitate processuum, personales Te-
stium qualitates excipere, nudamque præsumptionem con-
tra Testes prolatam rebus omnino alienis ad veram sui pro-
positi probationem trahere conatur. A vero propositæ dif-
ficultatis objecto quæso ne aberremus: neque enim levio-
ris momenti negotium hic pertractamus.

53 Quærimus, utrum in hac causa directam virtutum probatio-
nem effecerimus? Communi jure a duobus vel tribus Te-
stibus de visu contestibus directa probatio coalescit. In no-
stro foro requiritur ulterius, ut a Testibus Ordinariis et Apo-

stolicis simul junctis descendat. Ut videamus, utrum hæc conjunctio legitime fieri possit, rursum quærimus, an Testes Ordinarii *in personis* exceptiones patiantur? Hoc in rerum statu, si Judex neque rite, neque recte Testes examinavit, si parti favit, si commissionem excessit, si ignarum se præbuit, omnia hæc ad personales Testium qualitates profecto nullatenus attinent. Cumque omnia hæc in dubio de processuum validitate perpendantur, illius judicii substantiam constituere, non personales Testium qualitates afficere, nemo unus non intelliget, quæque inferius trademus, clariore in luce collocabunt.

54 Interim, cum duo hæc longissime diversa sint, personalis nempe Testium qualitas, et actorum validitas, in Novissimis hisce Animadversionibus unicam contra Testium personas prolatam fuisse exceptionem protuemur, quod nempe plures Testes sint domestici. Quam quidem exceptionem, ut vidimus, neque aliena, neque nostra sustinent jura. Quamobrem Testes in personis inexceptos volumus. Reliqua vero, quæ nunc *de forma examinum* contra Testes Animadvertuntur, ideo persequimur, quod S Congregationi gratissimum fore existimamus, si ejus judicia de processuum validitate anno 1752 mature pronunciata, et a Sapientissimo Pontifice Benedicto XIV. confirmata coram ipsa defendantur.

55 Defensionis ratio quo magis innotescat, aliud præmittendum, nostra scilicet decreta cum generalia, tum novissima processus tantum Apostolicos respicere, tamque Innocentiana decreta, quæ de Processibus Ordinariis expresse loquuntur, quam ipsas literas circulares Urbani VIII. pro ordinariorum processuum forma evulgatas directivas esse non præceptivas; adeo ut, si quæ Jure Communi præscribuntur, in ordinariis inquisitionibus serventur, valida habeantur. Hæc doctrina est ipsius Benedicti XIV, qui *lib. 2. cap. 43* quod inscribit = *de validitate processuum, et signanter eorum, qui auctoritate ordinaria conficiuntur* = postquam multa ad rem congessit, tandem *num. 21.* concludit: = Colligitur itaque ex » dictis primo, plura statuta esse in epistola circulari, et » in decretis Innocentianis pro recta constructione proces- » suum, qui fiunt ab Ordinariis: secundo statuta in epistola » circulari, et in decretis Innocentianis esse coercita in pro- » cessibus, qui fiunt ab Ordinariis super sanctitate vitæ, et » fama virtutum, atque miraculorum etc. tertio validos fu- » turos esse processus Ordinariorum etiam super sanctita- » te vitæ, et fama virtutum et miraculorum, quamvis » non fuerint observata ea, quæ ultra jus commune man- » data fuerunt in epistola circolari, aut in decretis Inno- » centianis in ea etiam parte, in qua loquuntur de pro- » cessibus, qui fiunt ab Ordinariis: quarto pro validitate » ipsorum processuum, qui fiunt ab Ordinariis, satis esse,

» *si fuerint observata ea, quæ de jure communi servanda*
» *sunt in constructione aliorum processuum.*=

ANIMAD. §§. 13 14 15.

56 Jam vero adeamus cum Animadversionibus §§. 13. 14. 15. processum Ordinarium Panormitanum anno 1660 exaratum, cujus fides expenditur. Hujus processus validitas anno 1752 fuit approbata = *Summ. num.* 3. = atque constat ex positione *super validitate processuum*. Et jure quidem ac merito, propterea quod solemnitatibus jure communi requisitis factus fuerit. Nam jure communi jurisdictio in Judice, juramentum de veritate dicenda in Testibus, ordinarias inquisitiones legitimas validasque conficiunt *ad Textum, ad Legem Jusjurandi, et Leg. Si quando Cod. de Testibus*, et tradunt Auditores Rotæ *in Relat. S. Thomæ de Villanova* penes Contelorium *de Canoniz. SS. pag.* 710 = ibi = *Negari non potest, quin processus iste sit validus: nam si respiciamus auctoritatem Judicum, fuerunt subdelegati a S. Congregatione . . . . si vero perspiciamus depositiones Testium, recte fuerunt factæ prævio juramento, in quo substantia depositionis consistit* = Insuper jure communi judicialis ac validus processus habetur, in quo Testes vel a Judice, vel a Notario de mandato Judicis examinati fuerunt, uti cum Cepario confirmat Benedictus XIV. *lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 2. *circa med.* et in quo Testes non turmatim, sed separatim subierunt examen, ut in *Cap. Inquisitionis* 31. §. *Tertio*.

57 Noster hic processus habet *fol.* 1354. delegationem Judicis in persona Joannis Antonii Geloso factam ab Archiepiscopo Panormitano Petro Martinez Rubeo: habet *fol.* 1366. singulorum Testium jusjurandum: habet *fol.* 1370. *terg. et seqq.* separatum Testium examen, prævia singulis citatione: habet *cit. fol.* 1370. *terg. et seq.* Judicis interrogationem. Ergo jure merito approbata fuit validitas.

58 Atqui processus jure communi validus, propterea que a S. Congregatione approbatus, rejici omnino non potest. Hinc necessario sequitur, ea moderatione utendum, si vere in pretio est veritas, ut, siquid in Testium examine erratum fuerit, rejiciatur, quod vero legitime gestum, admittatur. Ut aliquid hanc super rem exempli loco ponatur, in causa Ven. Joannis Berchmans duo Testes, qui nullo præstito juramento examen subierunt, expuncti sunt, cæteris manentibus. Sic passim ob perspectum defectum Testes nonnulli excluduntur, dum alii ex eodem processu ad probationem recipiuntur. Hæc nostri Fori disciplina nulli controversiæ obnoxia

ANIMAD. §. 13

59 Animadversio *cit.* §. 13. ex hoc processu objicit primo, Testes omnes sese examinandos obtulisse = *acciò con una formola generale testifichino il comune sentimento della Provincia* = unde concludit, omnes deposuisse ex condicto, conspiratione, conjuratione, quo pacto omnes suspectos inclamat.

60 Ut vera a falsis secernamus, non admittimus Testes se obtulisse examinandos, cum *proc. fol.* 1366. referatur notula omnium Testium inductorum, et *fol.* 1371. hæc deponat I. Testis Siculus Provincialis. = *Sono venuto in questo loco per istanza fattami dal P. Michele Frazzetta, quale io ho eletto Procuratore in questa causa, citato dal Chierico Don Paolo Corvitto ec.* = iisdemque verbis cæteri deinde Testes. Neque omnes Testes eamdem formulam recitasse, subinde concedit Animadversio *seq.* §. 14.

61 Plerosque hujus processus Testes generalem Provinciæ sententiam declarantes eadem ferme deposuisse, ultro confessi sumus, ac modo confirmamus. Quid ergo? Horum testimonia, quatenus videntur ex communi sensu prolata, rejicienda diximus conceptis verbis *superior. Respons.* §. 26. = *Eos quidem a veræ probationis gradu defecisse facile concedimus, et non solum ad leve adminiculum, sed nec ullo pacto in hac nostra defensione eosdem adhibemus.* = Hi Testes, quorum irritum per nos existit examen, sunt Undeviginti. Cætera vero testimonia, quæ legitime ad Judicis interrogationes habita sunt, qua lege ex processu valido, et approbato expungeremus?

62 Hæc classis quinque Testes complectitur, suntque.

Testis V. Placidus Giunta Sacerdos Professus Societatis Jesu.

Testis XIV. Fr. Dominicus Bongiorno Coadjutor Temporalis Societatis Jesu citatus in Contestem a Teste V.

Testis XV. Adm. R. P. Cosmus Pipi Sacerdos professus Societatis Jesu.

Testis XXIII. Soror Maria Infantolino Monialis ex Tertio Ordine S. Dominici.

Testis XXIV. D. Vincentia Emanuelli.

63 Horum testimonia ut labefactet Animadversio §. 14. de omnibus prius interrogat: Cur a cæteris segregandi? Et in promptu est responsio, quia validius, quam cæteri, examinati.

ANIMAD. §. 14.

64 Rursus de tribus Testibus Societatis Jesu interrogat: ad examen accesserint necne relato Præsidis sui mandato parentes? Regulares viros Præsidis sui mandato parentes ad examen accessisse, rectum est, quippe cum in hujusmodi viris Præsidis licentia requiratur. De relato autem Præsidis mandato distinguendum est. De Teste V. concedo tantum quoad primam examinis partem: de Testibus XIV., et XV. omnino nego.

65 Nam Testis V, generali Provinciæ sententia exposita hæc addidit *Proc. fol.* 1388. = *Ma perchè io molto tempo ho avuto in prattica il detto P. Luigi La-Nuza, et so alcune cose particolari della sua vita e virtù, desidero testificarle ancora, ut appareat in futurum, e queste cose le so de causa scientiæ, loco, et tempore.* = Unde sic processus acta prosequuntur. = *Et ideo fuit particulariter interrogatus a Rmo*

D. Vicario Generali super articulos interrogatorii positi in principio processus, ad quæ singula respondit, ut infra. Ad primum etc. = Et sic a primo ad vigesimum primum interrogatorium omnem V. S. D. vitam exolvit. Posterius hoc examen rite recteque factum quare rejiciendum?

66 Testis autem XIV, sub primo interrogatorio ne a longe quidem generalem illam formulam innuit. Nam cæteri Testes sub hoc uno interrogatorio generali sententia exposita discesserunt. Hic vero primo interrogatus. = *Come vi chiamate, quanti anni avete, e che siete venuto a fare* = respondit proc. fol. 1430 = *Io mi chiamo Fratello Domenico Bongiorno, sono Fratello Coadjutore della Compagnia di Gesù, di anni cinquanta in circa, e sono Religioso da circa anni quindici, sono venuto per istanza fattami dal Padre Michele Frazzetta della Compagnia di Gesù, citato dal Chierico D. Paolo Corvitto Cursore per riferire tutto quello che io so del P. Luigi La-Nuza, santa memoria. Secundo fuit interrogatus quanto ha che conoscesse al P. La-Nuza et in quale occasione e luogo* = *Tertio fuit interrogatus, se sapesse qualche cosa in particolare* = Et sic sub his interrogatoriis totum peculiare suum examen absolvit

67 Testis pariter XV, *proc. fol.* 1434. super uno et viginti interrogatoriis, quot fuerunt in caussa proposita, rogatus deposuit, quin verbum de generali illa sententia proferret. Ergo præterquam quod non constat relato sui Præsidis mandato parentes ad examen accessisse; nulla subest ratio, quare hi tres judicialiter deponentes sint a gradu veræ probationis arcendi.

68 At enim *non ex verbis, non ex forma Testes hos praecipue expungimus, sed ex conspiratione in unum, sed ex condicto, cumque haec usque dum acta durent, nequeant infiçiari, suspecti nota durabit, ex qua sint uti caeteri et hi tres prorsus expungendi.* Itaque reponimus, illud semper ad summum sequi, ut, quos objecta conspiratio afficit, ii solum deleantur.

69 Verum de hac conspiratione, conjuratione, condicto, prout sæpius Animadversio appellat, æquum est, ut nonnulla dicenda esse videantur. Testium condictum, conspiratio, et conjuratio est, quando taciti secum ipsi in aliquo concorditer deponendo conveniunt: inde fit, ut post dicta testificata condictum intelligatur. Neque ob aliam causam in juribus, Doctorumque scriptis, nisi ob præmeditatam fraudem eorum dicta infirmantur. Hoc amussim probant objectæ auctoritates. Sic Gratianus *disecpt. forens. cap.* 461. *num.* 20. = *Accedat, quod omnes Testes adducti ad probandam laesionem deponunt per eumdem praemeditatum sermonem, in quo casu redduntur suspecti, nec fidem faciunt* =. Sic Bartolus *de reprobat. Testium* rem prius per summa capita retexens *Lit. B.* scribit = *Obsistendum Testium facilitati, ac varietati, ac ipsorum falsitati, machinationibusque fraudolosis, per quas multa veritati contraria perpetrantur* =

his verbis explicabat sensum illorum, quæ addebat *num.* 25. = *Reprobantur, si in unum eumdemque sermonem praemeditatum pronuntiaverint* =. Sic cæteri: quapropter fraus est, quæ non quidem actorum validitatem labefactat, sed Testium dicta collidit.

70 Haud ita in casu nostro. Nam I. Testis P. Ignatius Moncada Provinciæ Siculæ Præses expresse ante Judices protestatus est *proc. fol.* 1371. = *Hò ordinato, che tutti li Padri congregati in questa Congregazione, che al presente si fa in Palermo, con una formola generale testifichino il sentimento di questa provincia* =. Sic etiam Testis II. *proc. fol.* 1374. *terg.* expresse protestatus est, se ad examen accessisse = *per testificare quel tanto tutta la nostra provincia comunemente tiene intorno alla vita, virtù e miracoli della felice memoria del P Luigi La-Nuza, ed acciò tutto quello, che con ogni verità dico, et in futurum appareat* =. Sic cæteri hujusmodi Testes. Atque ipsi Judices Testimonium tali modo prolatum admiserunt.

71 Hæccine erit conjuratio, condictum, conspiratio, unde Testes suspecti habeantur, quæ palam ante Judices exponitur, quæ a Judicibus recipitur? Si universi Patres illi congregati fidem hunc communem Provinciæ sensum exprimentem subscripsissent, et P. Frazzetta pro suo officio Judicibus exhibuisset, atque in processum compulsasset, hæc fides non minus, quam gravissima extrajudicialis attestatio existimaretur. Quod autem iidem Patres hunc sensum singuli ac jurati ante Judices expresserint, hæc singulorum depositio ad minus judicialis attestatio erit dicenda, si proprie dictum testimonium ob communem consensum non est putandum. Tantum vero abest, ut talis depositio ideam suspiciosæ conjurationis præseferat, ut neque in hujus caussæ Introductione Lambertinius, neque in dubio de validitate processus Ludovicus de Valentibus sapientissimi Fidei Promotores de hac Testium conspiratione verbum protulerint. Quumque Sacra Congregatio hos Testes ita deponentes nec suspectos habuerit, nec e Testium albo deletos voluerit, necessario sequitur, multo minus eorum testimonia, quæ præter generalem illam formam ad Judicum interrogatoria servatis omnibus servandis prolata in actis existunt, veluti suspiciosa esse traducenda.

72 Reliquum est, ut duos Testes XXIII., et XXIV. a censura purgemus. Quorum legitimo examini quum nec communis illa formula, neque aliud peculiare opponi posset, generali aliqua animadversione, quæ in sensu R. P. Fidei Promotoris contra cæteros Testes pugnaret, comprehendi debuerunt. Excogitatum proinde fuit *Animad.* §. 15. Subdelegatum Judicem Commissionem non servasse, eaque de causa aut ignarum, aut fautorem se exhibuisse, ab integritate sua excidisse, eoque integritatis defectu omnibus Testibus fidem ademisse.

ANIMAD. §. 15.

73 Contra hanc Animadversionem pace eximii Promotoris quæso tria liceat observare: Primo, magis perspicuum reddi, non de personalibus Testium qualitatibus modo agi, bene vero de substantia judicii, quam ex parte Judicis constituit illius potestas: si enim Judex suum officium haud est sequutus, nullus erit processus, non Testis iniquus: adeoque secundo defectum integritatis in Judice infirmare quidem acta Judicii ex parte sua, non ex parte Testium, qui, si sint qualificati, fide digni, omnique exceptione majores, prout alias de nostris Testibus admissum fuit, fidem suam coram Judice vel iniquissimo protuentur. Tertio, minus apte fuisse assertum, Delegatum Judicem Commissionem prætermisisse, quod multis demonstratur.

74 Panormitanus Archiepiscopus *proc. fol.* 1354. mandavit suo Vicario Generali, *ut in forma juris Testes excipiat et examinet praevio juramento factisque interrogatoriis et reinterrogatoriis.* P. Frazzetta Postulator *proc. fol.* 1358. = *Supplica Vossignoria Illustrissima e Reverendissima vogli restar servita ordinare, che si citino, giurino, esaminino, e testifichino giuridicamente l' idonei testimonj, che in questa felice Città e Diocesi saranno prodotti sopra la vita, virtù, profezie, miracoli, e santità del suddetto Servo di Dio P. Luigi La-Nuza* =. Unde patet, nulla habita Commissionis ratione, Postulatorem a Delegato Judice petiisse, ut ad formam juris Testes examinarentur.

75 Videamus modo, qua ratione Judex suam commissionem fuerit sequutus. Primum quidem ab omnibus simul testibus juramentum exegit, de quo sic legitur *proc. fol.* 1367. = *comparuerunt dicti Patres Congregationis Provincialis . . . qui omnes post factum juramentum fuerunt citati ad faciendam suam depositionem* =: iterumque *proc. fol.* 1370. = *Qui omnes singillatim post factum juramentum super Sacrosancta Dei Evangelia ante dictum Tribunal fecerunt suam depositionem modo sequenti, idest, ut appareat eorum sensus uniformis et communis* = et in sequenti sessione *proc. fol. cit. ter.* legitur = *Comparuit Adm. R. P. Ignatius Moncada hujus Provinciae Siciliae Provincialis Societatis Jesu qui monitus ut supra juravit tacto pectore coram Rmo D. Vicario Generali et DD. Judicibus, se dicturum veritatem super ea omnia, in quibus fuerit interrogatus.*

Et primo fuit petitus: Come si chiama Vostra Paternità, quanti anni ha, a che effetto ha venuto in questo loco. Et hæc fuit constans examinis forma.

76 Ecce Judex ex forma juris omnes Testes ad juramentum vocavit, singulos deinde ad examen recepit, in actu examinis singulis jussit iterare juramentum, interrogavit. Quid ergo ex Commissione defuit? Reinterrogatorium. Porro reinterrogatoria non alia de causa in Archiepiscopi Commissione expressa censendum est, nisi ubi, et quatenus Subdelegati Judicis prudentiæ viderentur necessaria. Qua quidem ne-

cessitate exclusa in Judicis consilio, integra actus validitate poterant omitti. Attamen ex hoc minimo defectu Judex ignarus, fautor, minusque integer traducitur: quod alienissimum est, nullius fidei Testes dicuntur; quodque minus æquum videbitur, hoc capite quinque etiam Testes, qui interrogatoria hauserunt, comprehenduntur.

77 Quapropter ut Judicis scientia atque integritas magis hoc in facto elucescat, operæ pretium est, firmiter ex actis constituere, hujus caussæ Postulatorem apud Judicem institisse, *ut dignaretur Dominatio Sua Rma assignare diem legitimum et non festivum pro depositione facienda ab Universa Congregatione generali congregata in domo professa hujus felicis Urbis Panormi et Patribus antiquioribus professis totius Provinciae: proc. fol.* 1365. et admissa instantia, prætixaque die Patres comparentes *fecisse suam depositionem modo sequenti, idest sub eadem forma, ut appareat eorum sensus uniformis et communis proc. fol.* 1370. Hac forma exhausta, in quibus Judex arbitratus est, nihil aliud superesse deponendum, examen absolvit; in quibus intellexit, alias præsto esse notitias, interrogatoria est prosequutus. Quo pacto integre scienterque se gessit Judex.

78 Nam Benedictus XIV. *lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 3. quærens, *an pro validitate processus, et rite peracto examine Testium debeant Testes examinari super interrogatoriis, et an super omnibus interrogatoriis?* respondet: » Nonnulli dixerunt, » Testium examen nullum dici non posse, etiamsi non » fuerit factum super interrogatoriis . . . Verum, quum » in Remissoria præcipiatur, ut Testes super interrogatoriis examinentur, et interrogatoria in eamdem Remissoriam inserantur, hodie certum est, nullum futurum esse » Testium examen, nisi factum fuerit super interrogatoriis, » ut bene firmavit etc. Quod autem attinet ad alium propositum, an videlicet sint Testes examinandi super omnibus interrogatoriis, de regula est, ut examen fiat super » omnibus. = *Et num.* 4. = Sed quia nulla fere datur regula, » quæ suas non patiatur limitationes, hujus indolis est » etiam ea, de qua loquimur in præsenti. = *Et num.* 6. = » Quapropter invaluit opinio, omissionem aliquorum interrogatoriorum non vitiare, nec reddere nullum examen, » si interrogatoria omissa articulos respiciant, SUPER QUIBUS TESTIS INDUCTUS NON EST, vel interrogatoria, » quæ fuissent omissa, jam fuissent evacuata in responsionibus ad præcedentia interrogatoria. = Si ergo, valido manente examine, omitti possunt interrogatoria in Remissorialibus literis Apostolica auctoritate præcepta, atque in iisdem inserta, quanto magis, integra Judicis fide, præteriri potuerunt interrogatoria in Ordinarii Judicis Commissione simpliciter ac generice indigitata? Eo vel magis, quod non ad alium finem Congregationis Patres fuerint inducti, nisi ut communem Provinciæ sensum exprimerent, atque

istud ipsi Patres ante Judices fuerint protestati; quo sensu expresso, persuasum habere debuerunt Judices, coetera interrogatoria fuisse evacuata, neque de particularibus casibus in interrogatoriis contentis Testes fuisse informatos: quod maxime liquet ex eo, quod illorum, quibus aliarum rerum scientia non deerat, super coeteris interrogatoriis examen fuerint prosequuti.

79 Hæc cum ita se habeant, nemo non viderit, hujus Processus acta nec præter Archiepiscopi Commissionem, nec præter Juris dispositionem fuisse ex parte Judicis confecta, proindeque, cum a SS. RR. Congregatione sint approbata, et a Benedicto XIV. confirmata, valida prorsus esse habenda. Ex parte Testium aliquid in examine erratum concessimus, ita tamen, non ut perjuræ et illegalis conspirationis suspicionem contra se induxerint, sed quatenus se de communi Provinciæ sensu deponendo ad examen accessisse ante Judices fuerint protestati. Ex quo quidem communi in deponendo consensu non judicii acta, aliorumque legitima examina infirmata contendimus, sed eorum depositiones verius attestationes, quam judicalia testimonia esse dicenda, proindeque a veræ directæque probationis gradu excidisse; nulloque pacto a nobis hos Testes in probationem adhiberi, iterum confirmamus.

ANIMAD. §. 16.

80 Levioris autem momenti apparent, quæ contra alterum ordinarium Processum Panormitanum anno 1667. digestum congeruntur *Animad.* §. 16. *et* 17. Hic quoque de personalibus Testium L. XXIX. LXIV. et XC. qualitatibus agendum. At ego iterum defendam, personalem exceptionem contra ultimum tantummodo Testem produci, quippe qui in sua persona duo Procuratoris ac Testis officia cumulaverit.

81 Neque hoc in nostro foro inauditum, propterea quod notissimum sit, Procuratores in nostris causis etiam ex officio a Judicibus in Testes vocatos. Neque etiam id a jure absonum. Quamvis enim generali regula Procuratores a testimonio ferendo repellantur, multas tamen regula patitur limitationes, quæ nostro in casu locum obtinent. Ac primo limitatur in Sacerdote, qui potest testificari pro Domino, cujus sit Procurator Farinacc. *de Testib. quaest.* 60. *num.* 242. Rota *post Zuff. de legitim. process. decis.* 84. *num.* 5. *et* 6. Et coram Peuttinger. *decis.* 348. *num.* 22. Secundo limitatur, si sit bonæ conditionis et famæ, tunc enim cessat omnis suspicio: Cravet. *Conclus.* 56. *num.* 14. Ramon. *cons.* 68. *num.* 55. Mascard. *de probat. conclus.* 1232. *num.* 27. Tertio, quando cum dicto Procuratoris occurrunt alii Testes idonei et omni exceptione majores; tunc enim inhabilitas unius Testis ex aliorum idoneitate suppletur: Jo. de Amicis *cons.* 120. *num.* 1. *Aemil. de Testib. verbo Advocatus num.* 46. Ramon. *dict. cons.* 68. *num.* 15. Balducc. *decis.* 77. *num.* 23. *tom.* 1. Atqui Postulator P. Michael Frazzetta non modo est Sacerdos, verum Sacerdos Professus spectatissimae Societatis

Jesu ; non modo bonæ, sed optimæ famæ et conditionis; non modo ad ea, quæ testatus est, concurrunt quicumque Testes, sed conspicuus atque excessivus undenonaginta aliorum Testium omni exceptione majorum numerus: unde in gradu concludentis plenæque probationis ejus dicta essent excipienda.

82 Accedunt gravissimæ aliæ circumstantiæ, quarum prima est, ipsum, antequam examen ordiretur, semel iterumque juramentum veritatis dicendæ elicuisse *proc. fol.* 1264, ex quo neminem latet, quamcumque affectionis suspicionem purgari. Altera est, in sui examinis limine *fol.* 1265. eodem sub juramento sic protestatum esse = *Vengo per la maggior gloria di Dio, e per testificare la verità, e non per altro fine* = Tertia, quæque maxima est, ipsum eatenus ad testificandum admissum, quod non posset, quæ deposuit, aliunde probare, quemadmodum eruitur *ex proc. fol.* 1264, ubi Notarius Actuarius hæc habet = *Sedente pro Tribunali Rmo. D. Vicario Generali cum suis Adjunctis, et Promotore Fiscali, comparuit P. Michael Frazzetta Procurator in causa ad effectum deponendi et testificandi nonnulla miracula, quæ ad ejus notitiam devenerunt ex aliquibus personis et locis totius Regni Siciliæ, quæ tamen non possunt ab eo probari vel ex distantia loci, vel quia ipsæmet personæ ad meliorem vitam abierunt: ut autem ex his rebus maneat memoria, voluit dictus P. Michael Frazzetta de licentia ipsius Remi Vicarii testari ea omnia, quæ novit. Quare monitus prius de gravitate juramenti et perjurii juravit etc.* = Exploratı autem juris est, in iis, quæ sunt difficilis probationis, vel aliunde probari nequeunt, quemlibet testem quamtumvis inhabilem ad probandum admitti. Sic secundum ea, quæ tradunt doctores relati per Franciscum Mariam Gasparri *in suis institut. Canon. part.* 3. *tit.* 8. *num.* 56 *et seqq.* in hac facti specie admittitur infamis cæteroquin repellendus, Pater pro filio, filius pro patre, domestici, sollicitatores, et similes. Sic etiam, quamvis nemo esse possit Testis in causa propria, nihilo tamen secius ob eam rationem ad probanda dona supernaturalia admitti solet testimonium ipsius Servi Dei, qui iis fuit locupletatus, ex Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 52. *num* 11.

83 Tot tantisque juris fundamentis ad veram probationem hujus Postulatoris testimonium admittendum protueri potuissemus. Videat igitur animadversio Responsionis moderationem, quæ nonnisi ad adminiculum hujus testimonio est usa. Quid ita? Ut Animadversio cognosceret, nihil aliud a Patronis fuisse spectatum, nisi 1. ut in hac generali Congregatione plures, quam possent, quæstiones effugerentur: 2. ut pateret, quæ contra Animadversiones defensa sunt, non potuisse concedi, quin vel justitia, vel nostri ratio officii læderetur: 3. ut ex iis, quæ concessa ultra modum sunt, sperari liceret, animis magis concordibus ad novissimum hoc certamen es-

se procedendum. Falso: nam ex nostris concessionibus sumpsisse vires videtur Animadversio, ut multo plura, quam æquum sit postulare, contendat.

84 Esto: cum Novæ Animadversiones §. 22. assererent, hunc Testem XC *non esse adhibendum a Postulatoribus pro adstruenda probatione directa*; cum Animadversiones novissimæ nihil ulterius requirant; cum nos non ad directam probationem adstruendam, verum ad simplex adminiculum dumtaxat adhibuerimus, nihil magis præstare potuimus. Contra ea Testes I. XXIX. LXIV. e Testium numero expungi minime patiemur, neque nos hac in parte *in difficultatis supposito* errasse concedemus.

85 Etenim de his Testibus sic arguebant Novæ Animadversiones *cit.* §. 22. = *Displicuit nonnullis Rmis Patribus, quod denuo inducti fuerint ad examen in hoc secundo Informativo Processu tres æque uberes, æque diserti Testes, qui jam præcedenter deposuerant in primo Processu anni* 1660, *nempe P. Philippus Septimo, P. Joseph Ventimiglia, et P. Hieronymus la Rocca* = et ratio petebatur ab Alexandi VII. decreto edito die 29 Novembris 1658, quo vetuit cosdjuvari probationes, si primo articulata evidenter probari non contigerit.

86 Nos igitur punctum certe medium tetigimus, si in Responsione nostra *a* §. 38. *ad* §. 43. diximus, in primo Processu Ordinario Panormitano anni 1660 quinque solum Testes fuisse juridice examinatos, coeterorum vero examina nulliter recepta, et nihil ex communi consensu ad probationem valere: si plurimis juris allegationibus ostendimus, Testes vel non plene, vel non rite examinatos, vel in judicio nullo, posse, immo etiam debere post publicatas attestationes iterum examinari, objectosque Testes nec valide, nec plene, nec sufficienter fuisse rogatos super interrogatoriis: si probavimus, Alexandrinum decretum Apostolicos tantum processus respicere, legitimeque ex jure communi objectos Testes fuisse in alio Processu repetitos, propterea quod neque subornationis suspicio locum haberet, neque rite fuissent prius examinati, neque super iisdem articulis, aut directe contrariis interrogati; nam prius sub primo interrogatorio examen absolverunt, et quod potissimum erat, neque dici posset, eos Testes post didicta testificata fuisse iterum ad examen inductos, quia dum secundus processus Panormitanus anno 1667. conficeretur, primus nondum erat apertus, et usque ad mensem septembrem anni 1669 fuerit in suo originali in actis Notarii Actuarii servatus, nec exemplatus, nec Postulatoribus consignatus. Non ergo in difficultatis supposito erravimus, neque etiam potuimus; siquidem conspirationis nota, quæ nunc additur, hodie primum in novissimis Animadversionibus profertur.

87 Eequis igitur modo non videat, Novissimam Animadversionem, cum hæc diluere non posse cognosceret, aliud quæ-

sivisse effugium, ut ita regereret? » *Neque prioribus depositionibus auctoritas detrahitur unice ex defectu necessariae formae in examine suscipiendo praetermissae, sed potissime ex suspecti nota, quae ob condictum, conspirationemque Testium personos percellit* «. Verum in nostri judicii forma neque in primo examine suspecti dubium de se induxisse Testes, supra *a* §. 59. *ad* §. 79. demonstravimus, et S. Congregatio confirmavit, quæ in judicio de processuum validitate, ubi amussim inquiritur, *an Testes sint rite ac recte examinati*, eos utpote in sui examinis forma suspectos minime rejecit. Quod si in primo processu non fuerunt suspiciosi, multo minus erunt in altero, in quo se novis juramentis purgarunt, nullaque re, quæ ad examinis ritualitatem conferret, prætermissa deposuerunt.

88 Item si ex præmissis juribus, quin ulla suspicio obesse possit, valide Testes examinati, ergo et juridice a Postulatore Frazzetta inducti. Rebus autem ad juris tramites undequaque gestis, haud poterat ob summam ignorantiam vel maximum favorem Judicis integritas a Rmis Patribus imminui, qui et Sacræ hujus Congregationis judicia, et præmissa jura nossent, neque diluissent.

89 Jam vero conversa sunt omnia. Namque ex hactenus dictis, neque ex Primo Ordinario Processu Panormitano anni 1660 Testes V. XIV. XV. XXIII. et XXIV, neque ex altero anni 1667. Testes I. XXIX. LXIV, e Testium numero, et a probatione directa repellendi, quamquam Testem XC æquo animo simplex adminiculum constituere concesserimus. His ergo Testibus de visu contestibus, et quamlibet Summarii atque Elenchi paginam implentibus, ut ait ingenuus Fidei Promotor *Animad* §. 17. directa virtutum V. S. D. probatio indubie efficitur. Quibus etiam demptis, ex reliquis tamen Testibus, quos iisdem conjunximus, probatio directa emergeret. Novum quippe Elenchum inspicientibus ultro occurret, quemlibet virtutis actum pluribus Testibus ex unoquoque Processu Ordinario desumptis comprobari; hos ipsos Testes, qui excipiebantur, non semper in quolibet virtutis actu fuisse adhibitos; plerumque unum separatim aut alterum ex his fuisse ad alicujus actus probationem allegatum; nullum actum ex his solum sine aliquo ex reliquis Testibus fuisse demonstratum. Quapropter, his etiam demptis, tamen *rigorosa illa probatio heroicarum virtutum plena et directa ex Testibus informativis in casu fere tota desumenda* haudquaquam desset.

ANIMAD. §. 17

90 Nam *plena quidem probatio in his caussis est necessaria, sed plenissima non requiritur*, ceu tradit Benedictus XIV: *lib. 3. cap. 1. num. 6.* Atqui ex eodem Summo Pontifice *ibid. num.* 12 plena ac sufficiens probatio non solum ex duobus Testibus contestibus de visu habetur, sed etiam constituitur, si uni Testi oculato adminicula conjungantur, Itaque

plena probatio rigorosa in casu eruitur vel ex uno Teste Ordinario de visu, et altero Apostolico de auditu a videntibus: sunt enim hi duo nostris decretis in linea æqualis probationis conjungendi. Jamvero novum Elenchum percurrenti probatur, in quolibet virtutis actu plures Testes Ordinarios cum pluribus Apostolicis concurrere. Igitur, uno etiam, aut altero excluso, plena tamen probatio manebit. Quid vero si unusquisque Testis, suo in loco relinquatur, quum ex dictis nemo unus sit a directa probatione excludendus?

91 Hactenus de exceptionibus, quæ Testium personas, seu verius examinum formam extra nostram quæstionem respiciebant: nunc de iis, quœ ad dicta pertinent, aliquid edisserendum, Hic quoque sterilem jejunamque experimur Animadversionem. Ait enim §§. 18. 19. nonnullos Testes deposuisse contradictoria. Nonnulli vero hi Testes ad unum rediguntur, hoc est ad Testem LXIV Processus Ordinarii Panormitani anno 1667, de quo opponitur, et secum, et cum historico P. Frazzetta pugnare. Testatur enim, Vener. Aloysium La-Nuza omnium utriusque sexus fidelium confessiones audire consuevisse, simulque fœminas ad suos sodales, ne illas audiret, remisisse. Verum distingue circumstantias, et concordabis scripturas.

ANIMAD. §. 18.

92 Ecce hujus Testis depositio *Sum. num.* 9. *pag.* 55. §. 89. = Di- » co li varj esercizj usati dal P. La-Nuza nelle Missioni. = *Et ibid.* §. 96. *et seqq.* = Missionava alle carceri, galere, » et ospedali, consolando le anime e corpi loro, con ajuti. » esercizj spirituali e temporali. Solea visitare e consolare » l' infermi per le Città, e fargli prendere li Santissimi Sa- » gramenti con far testamento bisognando; udire le con- » fessioni di ogni sorta di gente dell' uno e dell'altro sesso » dolcemente invitando, et udendo a tutti, nobili, et igno- » bili, ricchi e poveri, piccoli e grandi: le donne il giorno » in Chiesa, gli uomini anche in casa sino a tre hore di » notte, e talhora più tardi per li foritani. Oltre alli ser- » moni ordinarii nella Matrice predicava anco, et udiva le » confessioni quasi in tutte le altre Chiese piccole estra- » mani della Terra per comodo di molte donne poverel- » le, = Hae igitur erant Ven. Aloysii exercitationes, quas In Missioibus agebat, et signanter quoad sacramentales mulierum confessiones, de quibus loquitur objectus Testis P. Vitalis de Vitalibus.

93 Alio in loco *Sum. num.* 24. *pag.* 278. agit hic idem Testis de privatae V. S. D. vitæ ratione, deque sollicitudine, ac studio, quo extra poenitentiæ tribunal a foeminis præcavebat. Sic *ibid.* §. 9. *et seqq.* deponit. = Custodiva gli occhi » sì fattamente, che volendoli parlare qualche donna per » ajuto dell'anima sua, egli si metteva di canto, e rivol- » tandosi quella inverso lui, egli si rivolgeva, e pareva, » che facessero un grazioso circolo; e cogli occhi fissi in-

» terra. Predicava alle gradi de' Monasteri spesso, ma co-
» gli occhi chiusi. Fuggiva le donne peggio che il De-
» monio, sicchè in vederle spuntare massime ne' cocchi e
» seggette voltava il camino, e soleva dire: *inimici homi-*
» *nis*: onde appò noi due era ito in motto in simile in-
» contro dire subito: *inimici hominis*, *volta fratello*, tut-
» tochè il facessero chiamare, e il seguitassero per parlarci,
» e farsi dare la benedizione. Era passato tanto oltre in
» questo, che io le dissi più di una volta: *P. Luigi*, *Vo-*
» *stra Riverenza troppo fugge le donne*, *ed io temo*, *che*
» *Vostra Riverenza se ha da andare in purgatorio*, *ci an-*
» *derà per aver troppo fuggito le donne*. Et egli miran-
» domi, come soleva in simili casi, tacque. Quando li man-
» davano a dire, o immediatamente ci significavano, CHE
» CI VOLEVANO PARLARE, le rimandava alli loro pa-
» dri spirituali, e nelle Missioni le rimandava ai suoi Pa-
» dri Compagni. Onde veggendo io, CHE VOLEVANO
» PARLARCI, bisegnava metterci scrupolo, che quelle ri-
» correndo a lui si sarebbeso ajutate, le dicevo, che al-
» meno le ascoltasse, poscia le rimandasse a noi altri, e
» che non le rimandasse ai suoi padri spirituali prima di
» ascoltarle, perchè se volevano confidarsi ne' loro padri
» spirituali non havrebbero ricorso a lui, e con questo si
» induceva a sentirle, ma brevemente, e con parole suc-
» cinte, e con occhj bassi. = Hinc si sacramentales con-
fessiones a privatis colloquiis distinguas, jam dicta Testis
concordasti. Qui enim in Missionibus fœminarum quoque
confessiones audire satagebat, idem Ven. Dei Servus suis in
domibus, ubi alii permulti commode aderant, privatim
cum illis colloqui recusabat, quod utrumque asserere non
est contradictorium. Non ergo secum pugnat Testis: unde
veritatem semper dixisse tenendum.

94 Neque præterea refragatur historiæ P. Michaelis Frazzetta,
qui præcipue de meretricibus, deque privata V. S. D. vita
extra Missiones loquitur. *Sum. num. 24. pag. 289. fin.*, *et*
seq. §. 106. *seqq.* = Quando dalla carità era astretto a par-
» lare con le meretrici per ridurle ad onestà facevalo con
» maniere di tanto riguardo, che non si lasciò mai con-
» durre a trattare con loro da solo a solo, ma sempre in
» presenza di qualche altro Padre e persona autorevole, e
» sempre in piè; nè solamente teneva gli occhi bassi per
» non mirarle, ma sempre con la faccia altrove rivolta per
» non essere rimirato. Ed era un bel vedere a molti, che
» in ciò si mettevano ad osservarlo, vedere il continuo
» raggirar che egli faceva del capo e della persona, men-
» tre con quelle ragionava, perchè quanto elleno per di-
» vozione cercavano di mirarlo fisso in fronte, tanto più
» egli per ischermirsi si moveva in giro. Ma per le confessioni
» raccomandavale ai compagni, perchè di troppo gran tor-
» mento gli riusciva l'essere forzato ad udire quelle lai-

» dezze di che dovevano confessarsi. Anche con tutte le al-
» tre donne virtuose ed oneste, che desideravano confes-
» sarsi da lui, sempre fece l'istesso, rimandandole ai
» loro confessori ordinarii, ovvero ai Padri suoi compagni. =
Ex his, verbis, atque a toto historiæ contextu *Sum. pag.* 287. *ad* 291: patet, P. Michaelem Frazzetta privatam V. S. D. vitam religiosis in domibus explicavisse, summamque curam, qua a mulieribus præcavebat, exposuisse; quod quidem non impedit, quin idem Ven. Dei Servus in publica Missionarii vita, in qua tanta suorum copia sodalium non aderat, aliam rationem habuerit, seque audiendis non solum virorum, sed et fœminarum confessionibus dicaverit. » Cœterum P. Vitalis de Vitalibus, quæ de V. S. D. Missionibus narrat, de propria scientia deponit, quippe cum fateatur *proc. fol.* 924. *ter. – per anni cinque e mezzo li fui compagno indivisibile nelle Missioni, che il detto P. Luigi fecè negli ultimi anni di sua vita, finchè morì, e non solamente li fui compagno, ma ancora lo confessai etc.* = Itaque si de iisdem temporum rerumque circumstantiis historicus Testisque simul loquerentur, jurato tamen Testi de propria scientia deponenti, quam historico deferendum: eamque ob causam in supposito etiam contrariæ historiæ judicialis testimonii fides ne hilum quidem minueretur.

95 Nihil vero relevat adverbium *semper* ab historico usurpatum cum scripsit: *sempre faceva lo stesso*: illud enim *semper* extenditur solum ad illa tempora, de quibus loquitur historicus, hoc est ad privatam vitam, quam domi extra Missiones Ven. Aloysius agebat, uti patet ex citatis verbis, totoque contextu. Sic *cit. Summar. pag.* 289. legitur = *Fuggivane l'incontro con tanta sollecitudine, che altri più non farebbe di un corpo appestato. Perciò uscendo per città si teneva sempre lontano dalle strade più frequentate, e si avviava per le più solitarie. Che se da lontano scopriva qualche carrozza di dame, subito dava volta dicendo al compagno: Inimici hominis . . . . Non s'indusse mai a trattar con donne, ancorchè fossero gran Signore . . . . Richiesto da molte Signore di titolo inferme di qualche visita per loro consolazione e pro spirituale, in altra maniera non si lasciò mai indurre a visitarle, se non quando vi era interposta l'autorità, e il titolo espresso della ubbidienza . . . . Quando dalla carità era astretto a parlare con le meretrici* = et cætera, que supra recitavimus. Jam vero hæc eadem, quæ habet historicus, de privata V. S. D. vita etiam Testis exposuit; qui quidem de facto proprio aliam in publicis Missionibus de Ven. Aloysio agendi rationem historico superaddit, quod non est contradictoria loqui.

96 Expediti hoc laqueo, qui peculiarem Testem tangebat, ad generalia convertimur. Animadvertitur siquidem §§. 19. 20. 21. non specificos virtutum actus, sed dona gratis data,

quæ virtutes supplere nequeunt, a Testibus relata. De virtutum actibus, deque donis singillatim agemus.

97 Ad primum quod spectat, ut singula eximii Animadversoris §. 19 verba recenseamus; scribit. = *Occurrit, plerosque ex Testibus ratione personæ non exceptis generaliter tantum deponere.* = Hæc igitur Animadversio non omnes, sed plerosque Testes respicit, et eos quidem ratione personæ non exceptos. Atqui ratione personæ excepti sunt tantum Testes domestici, uti probatum est. Ergo in sensu Animadversionis præter domesticos sunt etiam aliqui Testes exteri, qui de specificis virtutum actibus abunde deponunt. Neque aliter esse potuit.

ANIMAD. §. 19

98 Namque in Novo Elencho explicavimus specificos cujusque virtutis actus a Benedicto XIV. desumptos. Ad probandum specificum quemlibet virtutis actum Testes ordinarios de visu contestes ex omnibus processibus collectos adhibuimus, velut cuiquam legenti patet. Si igitur specifici actus per Testes ordinarios probantur, quis iverit inficias, Ordinarios Testes specifice, et non generaliter deposuisse? Hi vero ordinarii Testes specifice deponentes una exteri sunt atque domestici: illi quidem inexcepti, hi necessarii, ab exceptionibus vindicati, omnes idonei. Hinc specifici virtutum actus in Novo Elencho sunt concludentissime per Testes Ordinarios demonstrati.

99 At enim hi Testes virtutum actus, de quibus deponunt, non arctant, neque roborant, neque multiplices aut heroicos actus exponunt.

100 Primo quidem quid sibi velit illud arctare ac roborare, non intelligo. Maximum robur Testis de visu deponentis est sua ipsa scientia, adeo ut alio robore non indigeat. Hinc jure divino, cæsareo, canonico duo Testes de visu deponentes plenam probationem per se nullo alio robore efficiunt.

101 Quod vero hi Testes dicantur non multiplices virtutum actus referre; id ea conditione concedam, ut non omnes singula retulerint, sed cum maximum habeamus Testium numerum, inde fit, ut singuli cujusque virtutis actus a Benedicto XIV. enumerati concludenti probatione sint roborati, quemadmodum facto constat.

102 Quod pariter dicantur non retulisse heroica, subjungimus, id credi de illo non posse, qui ardentissima charitate incensus heroicitatem undequaque spirabat. Omnia prorsus acta causæ appello, ut inveniatur, quid non sit heroicum. Illud ipsum, quod objicitur, *prædicasse instar Apostoli, incitasse ad fletum, peccatorum corda commovisse*, quanta excellentiæ non arbitrabimur? Nam conversiones peccatorum neque religiosa vestis facit, neque fama doctrinæ, sed Spiritus Sancti donum. Si copia dicendi et eloquentia peccatores converteret, nullum hodie haberemus peccatorem. Duæ hujus rei tradi possunt rationes: prima est, quod scientia humana seipsam prædicat, non Jesum Christum; altera,

quod fideles ad audiendam Concionatoris scientiam, et non verbum Dei ducantur; hisque rationibus Spiritus Sancti donum neutris tribuitur. Contra ea dum Sanctus concionatur primo intima sui animi sensa prodit, qui quidem concionandi modus est efficacissimus, deinde Jesum prædicat, et hunc Crucifixum; quique fama sancti concionatoris trahuntur, ad audienda verba vitæ cum salutis desiderio accedunt, his dona sua Spiritus Sanctus non denegat, unde conciones evadunt fructuosæ. Quod si concionatoris sanctitas supernis donis et scrutatione cordium divinitus illustretur, idque innotuerit, tum vero uberiorem fructum conciones reddunt, non solum quia spiritus sancti dona ad Ecclesiæ utilitatem conferuntur, sed etiam ex eo quod quidquid fideles audiunt, sibi proprie dictum applicant, et ad fletum percelluntur secundum illud *Eccli* 21. 18. = *Verbum sapiens quodcumque audierit scius laudabit, et ad se adijciet* = His si addas vulgus maxime rude, satius intelliges humana sapientia ob suam ignorantiam vulgus minime commoveri.

103 Lusisse autem R. P. Fidei Promotorem putamus, dum supernis donis, quibus a Deo Ven. La-Nuza ditabatur, obtuendis animadvertit = *solea tenere le spie* » P. Vitalis de Vitalibus, a quo hæc Animadversio desumitur, sic factum coarctat *obj. Sum. Num.* 18. *pag.* 183. §. 114. » Intese » una volta che un Prelato non solo permetteva li Zanni » con donna in banco, ma pure ch' egli passando di là » l' avesse salutata stando quella nel palco. Ora il P. La-» Nuza avendo fatto ogni diligenza et istanza, affinché la » donna non potesse salire in palco, e quel Prelato gli » aveva promesso, e pure il Padre si pose a parte di po-» tersi certificare con *tenere le spie se ella era in palco*, » et inteso, che già era in palco, andò e disse tutto al » Prelato ec. = Quapropter non = *solea tenere le spie* = verum semel ad peculiare factum exploratoribus est usus. Dona vero supernaturalia, quibus affluebat, universa Sicilia cognovit, eaque Testes, ut ipse concedit Fidei Promotor, cumulatissime deponunt.

104 Hic vero, ut quam Apostolicus, quam fructuosus Ven. Aloysius La-Nuza verbi Dei præco et Missionarius extiterit, contra Animadversiones ostenderem, ejus charitatem, fervorem, zelum, labores, periculorum contemptum Ven. ejusdem La-Nuza sive Concionantis, sive missiones exercentis libenter explicarem, nisi in re notissima, quæ characteristicam ejusdem virtutem constituit, fastidiosus esse metuerem, et nisi, de hac re in Novo Elencho *tit. de Charitate erga Deum pag.* 48 *et tit. de Charitate erga proximos pag.* 81. *et seq.* fusius pertractassem.

ANIMAD. §. 20

105 Cum hæc ita sint, cum Testes ordinarii specificos, multiplices, et heroicos virtutum actus a Ven. La-Nuza exercitos in medium posuerint, novusque Elenchus legitimo

ordine distributos universos præscferat, Animadversio agnoscat, nihil opus esse defensioni, ut ad asserendam earumdem virtutum heroicitatem innocentia vitæ V. S. D. utatur. Itaque non *ad necessitatem declinandam probandi directe individuos specificosque cujuslibet virtutis actus*, uti vult R. P. Fidei Promotor *Animad.* §. 20. Ven. Aloysii La-Nuza innocentiam commemoravimus, sed ut probationibus probationem cumularemus. Adeant amplissimi Suffragatores superiorem Responsionem nostram *a pag.* 36 *ad pag.* 53. *per tot.* et comperient, nos regulis ac doctrinis a Benedicto XIV. expressis demonstrasse heroicitatem virtutum a Ven. La-Nuza exercitarum ab excellentia et arduitate operum, a qualitatibus promptitudinis, facilitatis, delectabilitatis, a quotidiano in virtutibus progressu, a perfectiore et altiore modo virtutes exercendi, quam omnibus etiam bonis communiter competit. Porro excellentiam et arduitatem non solum ex operum qualitate, et substantia missionum desumpsimus, sed etiam ab exacta regularum et constitutionum observantia, et a perfecta charitate eruimus, quam quidem charitatem ab innocentia vitæ immo ab immunitate omnis peccati etiam venialis deliberati cum Benedicto XIV. et Angelico Doctore hausimus. *Superior. Respons* §. 98. *seq.* Innocentia igitur ad abundantiam accessit: et profecto excellentius, quam cætera, Ven. Servi Dei virtutes exornat.

106 Verum opponitur: *Visum est suffragatoribus, quod etiamsi hanc V. S. D. servasse innocentiam pie credi posse concedatur; tamen nisi ex tabulis, vel ex conscientiae moderatorum attestationibus id ipsum demonstretur, atque eo prorsus modo, qui in nostro foro requiritur, virtutes qua Theologales, qua Cardinales juxta statutos consuetosque canones dijudicari debent.*

107. Ita prorsus. Neque enim aliam ob causam specificos cujusque virtutis actus in Novo Elencho exhibuimus, nisi ut singulæ virtutes qua Theologales qua Cardinales juxta canones consuetos et a Benedicto XIV. statutos dijudicentur. Innocentiam autem tam ex tabulis, quam ex conscientiæ moderatorum attestationibus ostendimus. Nam *superior. respon.* §. 121. recitavimus dicta quinque Testium ordinariorum, inter quos duo Confessarii, duorumque aliorum Testium Apostolicorum, quibus ex Processu Apostolico Compulsoriali addidimus attestationes quatuor Patrum Societatis Jesu, quos inter duos alios V. S. D. Confessarios. Unde ex tabulis non attestationes solum, sed testimonia conscientiæ moderatorum emergunt. Neque id satis; modum in nostro foro requisitum haud prætermisimus. Modus enim traditur a Benedicto XIV. *lib.* 3: *cap.* 22. *num.* 11., a nobis relato *super. responsion.* §. 98. ubi tres casus distinguens scribit: *Tertius casus est, in quo innocentia vitæ a Confessariis asserta dictis Testium confirmatur, qui actus exprimunt cum*

enarratis qualitatibus, *et cum observantia præcep torum*, *et consiliorum juxta statum personæ Servi Dei*, *vel Beati*, *et juxta circumstantias*, *in quibus*, *dum viveret*, *fuit constitutus*: *ET DE HOC TERTIO CASU LOQUENDO NON VIDETUR ALIQUID DEESSE PRO APPROBATIONE VIRTUTUM REQUISITUM in ordine ad Beatificationem et Canonizationem. Licet enim non doceatur de actibus arduis in particulari admirationem excitantibus*, *tota nihilominus vitæ series*, *continuataque innocentia per integrum vitæ cursum media inter pericula peccandi*, *quibus expositi sunt illi*, *qui degunt in humanis una cum exacta præceptorum et consiliorum observantia arduitutem constituunt*, *et considerantibus admirationem ingerunt.* = Jam vero in casu nostro innocentiam vitæ non a mortalibus solum, sed a venialibus etiam deliberatis culpis immunem Testes una et Confessarii asseruerunt. Testes virtutis actus cum qualitatibus promptitudinis, facilitatis, delectabilitatis, cumque observantia præceptorum, consiliorum, et constitutionum expresseruut. Ergo modus in nostro foro requisitus haud est prætermissus. Sed innocentia tali modo probata per se constituit heroicitatem, quin doceatur de actibus arduis in particulari admirationem excitantibus. Quid ergo in causa nostra concludendum; ex qua patet, omnem Ven. Aloysii vitam in peculiaribus actibus arduis sive per Missiones, sive per Hæreticorum et Turcarum conversiones, sive per continuum verbi Dei præconium, sive per carnis castigationes, cæterasque virtutes fuisse exercitam? Sed quoniam inferius de his commodior dicendi locus asseritur, his plura inferius adjicere nobis minime molestum. Interim de specificis virtutum actibus, de innocentia, deque earum rerum probatione hæc ob oculos posuisse sufficiat.

108 Ad secundum, hoc est ad dona supernaturalia quod pertinet, præclarissimus Fidei Promotor *Animad.* §. 21. hæc tradit: » *Occurrit demum in Testium dictis*, *quod horum pars maxima nihil aliud referat*, *quam gratias et supernaturalia dona gratis data*, *quibus directa probatio heroicarum virtutum illustrari quidem*, *suppleri autem aut coadjuvari non posse ita manifestum est*, *ut a supervacaneo sermone jure merito abstineam.* »

ANIMAD. §. 21.

109 Plura his reponimus Ac primo advertimus, nos virtutum actus cujusque virtutis proprios a Benedicto XIV. desumptos in Novo Elencho explicavisse. Unde colligere est, ut cum Benedictus XIV. pro hujusmodi actibus nullas gratias gratis datas recenseat, neque nos gratias gratis datas, sed actus virtutum proprios per Testes ad probationem exhibuisse convincamur.

110 Advertimus secundo, gratias gratis datas ita a Testibus recitari, ut necessariam cum actu virtutis, de quo deponunt, habeant connexionem; in quorum proinde dictis expressus adest virtutis actus, et gratia gratis data ad actus confirmationem

accedit. Ad hoc aliqua ratione ostendendum sumpsi in manus Novum Elenchum, et occurrit pagina 102.: ubi probatur peccatorum lucrum, quod Ven. Missionarius retulit sacramentalis pœnitentiæ lavacro. Hoc in loco *pag.* 105. P. Vitalis deponit: » Il P. La-Nuza si partì una volta dalla » Cattolica per la volta di Camerata, condusse seco per » guida un Bordonaro, a cui il Padre domandando per » strada, che arte facesse, rispose il Vittorino, che era » Bordonaro. Soggiunse il Padre che non più facesse quest' » arte, ma che guardasse che gente teneva dietro. Vidde » quel meschino bruttissimi Demonj, et uno lo teneva alla » groppa della sua cavalcatura, et altri danzando avanti. » Quel poveretto temendo si confessò allora, et al Padre » promise di mai far più simile arte. =

Et seq. pag. 106 *legitur* : = Mentre il Servo di Dio stava » mangiando a mensa, si rivoltò al compagno, e gli disse, » presto portatemi il ferrajuolo, e si partì subito col detto » compagno andando per una parte della campagna Paler- » mitana, ed ivi con prestezza arrivato trovò un uomo, » che per disperazione si stava affogando ad un albero, ed » uscita fuori l' immagine del Crocefisso, chiamò quel me- » schino esortandolo a desistere da quella funesta intra- » presa, come in effetto sortì avendolo confessato per al- » lora, e dopo lo pose alla buona strada della penitenza. =

» Un giorno pure disse al P. Ministro della Compa- » gnia. *Padre datemi un compagno, che debbo andare a* » *pescare al molo.* Ora arrivato vidde un certo numero di » officiali delle Galee, ed il Padre fissò gli occhj sopra » uno di quelli, tirò innanzi il suo camino, e poi vi ri- » tornò gettando di nuovo lo sgardo sopra l'istessa per- » sona, la quale tosto s' intese commossa a riguardo del » concetto, che teneva del Servo di Dio, e avvicinatosi a » lui il pregò, che ascoltasse la sua confessione, nella » quale il Padre suggeriva al penitente molti peccati con » dirgli: *Non ti ricordi, che a tal tempo facesti tale e tale* » *altro peccato?* =

111 Jam vero quomodo coelestia hujusmodi charismata sejungi possunt ab illo charitatis actu, seu studio conversionis peccatorum per poenitentiæ Sacramentum, pro quo exercendo occasiones quæritaret, ultro oblatas non relinqueret, prandium abrumperet? Idem cum ex actis appareat esse de cæteris dicendum, sequitur, gratiam gratis datam in actus virtutis confirmationem esse in medium a Testibus positam, et a Spiritu Sancto tributam. Sed longe plura sunt, quæ sine gratiis gratis datis a Testibus referuntur. Sic ejusdem Elenchi paginas prosequendo, hujusmodi meretricum poenitentiam, Turcarum conversionem, aliosque charitatis actus deprehendimus.

112 Advertimus tertio, ex gratiis gratis datis, quas in actis testatas reperimus, heroicum virtutum habitum directe com-

probari, adeo ut admitti omnino nequeat, quod Animadversio extra aleam dubitationis ponit, scilicet ex iis ne suppleri quidem posse virtutes. Summarium, simulque Benedicti XIV. doctrinam consulamus.

113 In summario integri habentur numeri 12. et 13. quibus titulus = *De eadem fide ex virtute operandi miracula* = ubi Testes miracula Ven. Aloysio La-Nuza vivente patrata mirasque corporum sanationes enarrant. Revera heroicam fidem miracula portendunt. Legitur enim apud Benedictum XIV, lib. I. cap. XI. num. 7. = *Miracula attribuuntur fidei* = ibidemque cap. 13, num. 9. = *in quibus* (in aliis sectis) *nec vera sanctitas esse potest, nec vera possunt fieri miracula*: et lib. 4. part. I. cap. 7. num. 7. = *Est illud donum majestatis divinæ veluti radius, et derivatio quædam ejus omnipotentiæ, cujus jam in hac vita fideles suos quandoque facit participes, quod jam promisit Salvator Joannis* 14. 12 *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ facio et ipse faciet; et majora horum faciet* = Et clarius lib. 3. cap. 44. num. 5. = *Gratia fidei fere unum, et idem est cum gratia sanitatum, et operationis virtutum.* =

114 In summario pariter de Ven.. Aloysio La-Nuza narrantur gratia discretionis spirituum, hoc est cognitionis rerum occultarum, et scrutationis cordium *num.* 27 §§. 1, 2. 3. 11. 12. 13. 22 *ad* 28. 35. *ad* 42. 44. 48. 49. 50. 59. 65. 72. 73. 77. 80. *ad* 83. 90. *et n.* 28. et gratia prophetiæ *cit. n.* 27 §§. 4. *ad* 8. *ad* 32. 56. 57. 58. 63. 70. *et num.* 29. *et* 30. Hæ quoque gratiæ fidei heroicitatem confirmant ex eodem Benedicto XIV, *lib.* 3. *cap.* 48. *num.* 1. = Discretio spirituum duobus modis » exponi potest, primus est, ut sit cognitio cogitationum » cordis, veluti exponit D. Thomas 1. 2. *quæst.* 111. *art.* 4. » ubi docet, gratiam prophetiæ, et gratiam discretionis spi» rituum referri ad fidei confirmationem manifestando ea, » quæ solius Dei est scire, qualia sunt contingentia futu» rorum, quæ respicit prophetia, et occulta cordium, quæ » respicit discretio spirituum. =

115 Idem Summus Pontifex hæc tradit *cit. lib.* 3. *cap.* 23. *n.* 20. « Spei Theologicæ respondet donum Timoris, Timoris in» quam non mundani, non servilis, qui licet sit a Spiritu » Sancto, potest annexam habere voluntatem peccandi, sed » filialis et casti, per quem ipsum Deum reveremur, et » refugimus nos ipsi subducere: ex quo proinde in» fertur timorem filialem et Spem sibi invicem cohæ» rere, cum per timorem filialem non timeamus, » ne nobis deficiat, quod speramus obtinere per auxilium » divinum, sed timeamus, ne ipsi nos hoc auxilio prive» mus juxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. *quæsti* 19. *art.* 9. » *ad* 1. Cumque virtuti Spei respondeat donum timoris, et » pro heroicitate influxus requiratur alicujus doni Spiritus » Sancti, influxus doni pro heroicitate virtutis Spei erit » influxus doni Timoris, non cujuscumque, sed ejus, de

» quo modo dictum est. « Summarium de Ven. La-Nuza passim docet, summa religione reveritum fuisse Deum, continuaque ratione illi adhærere studuisse *num.* 16. *et* 17. summo studio a peccatis etiam venialibus abhorruisse, mulierumque aspectum refugisse ob timorem, ne se a Deo subduceret, divinoque auxilio privaretur *num.* 24 summa fiducia per divinum auxilium omnia assequuturum sperasse *num.* 14. Ergo illi adfuit influxus timoris filialis Dei, qui heroicæ spei respondet.

116 Inter heroicæ charitatis erga Deum signa ab eodem Summo Pontifice nonnulla recensentur, quibus abunde Ven. La-Nuza fuit locupletatus. Nam *cit. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 25. *fin.* hæc habet: » Promptitudo demum, facilitas, et de» lectatio, quæ sunt comites charitatis in virtute charitatis, » adscribitur dono Sapientiæ, quod utpote præstantissimum » respondet charitati virtutum nobilissimæ juxta ea, quæ » habentur apud Salmanticenses. Sapientia quippe donum » Spiritus Sancti est sapor ille et dulcis gustus, qui in no» titia et contemplatione divinorum seu rerum fidei cre» dendarum et agendarum obtinetur juxta illud *psalmi* 18. ». 10. *Judicia Domini vera desiderabilia super aurum et la» pidem pretiosum multum, et dulciora super mel et fa» vum* « Additque *num.* 26. » Ad hæc referri possunt, quæ » de charitate erga Deum habentur in Actis Canonizatio» num, et quæ præcipue ad sequentia capita reducun» tur etc. ad extases et raptus, et ad nonnulla signa extrin» seca, quibus aliquando Deus Servorum suorum internam » charitatem manifestare dignatus est. « Ven. Aloysium in Charitatis sicut cæterarum virtutum exercitatione promptitudinem, facilitatem, delectationem præsetulisse, præterquamquod *in super. Resp. ad Nov. Anim.* §. 108. probatum est, insuper *Sum. num.* 15. 16. 17. 18. demonstratur. Præterea ditatum fuisse dono raptus videre est *Sum. num.* 27. §§. 53. 54: illi prædicanti adfuisse columbam *ibid.* §. 61. pluries pluribusque in locis splendidissimos lucis radios illius vultum emisisse *ibid.* §§. 9. 15. 18. 19. 20. 29. 30. 31. 45. 46. 47. 62. 63. 75. 88. Huc etiam confert donum lacrymarum, de quo *cit. Sum. num.* 27. §. 64. quod pariter inter extrinseca heroicæ charitatis signa a Benedicto XIV. *loc. cit. num.* 27. *circ. fin.* adnumeratur.

117 Plura prosequi quid juvat? Ut omnia uno verbo complectamur, illud adnotabimus, quod ex S. Thoma advertit sæpe laudatus Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 1. » Do» na Spiritus Sancti, sunt habitus, quibus homo perficitur » ad prompte obediendum Spiritui Sancto juxta doctrinam » D. Thomæ 1. 2. *quæst.* 68. *art.* 4. Idem auctor *art.* 5. do» cet, ea dona invicem connecti in Charitate, ita ut Cha» ritatem habens omnia dona Spiritus Sancti habeat, quo» rum nullum sine charitate haberi potest: *et art.* 8. pro» bat, virtutes Theologicas esse præferendas donis Spiritus

„ Sancti cum ea regant: sed in virtutibus moralibus eadem „ dona virtutibus præferri, cum perficiant vires animæ in „ comparatione ad Spiritum Sanctum moventem. „ Jam vero Ven. Aloysium La-Nuza excellenti et heroico modo excoluisse omnem charitatem, id extra omnem dubitationis aleam positum est. Inde ex recitata S. Tomæ doctrina necessario infertur, excellenti etiam modo habuisse influxum donorum Spiritus Sancti, externaque proinde gratiarum gratis datarum signa in heroicarum virtutum commendationem fuisse a Spiritu Sancto superaddita, ex iis, quæ idem Summus Pontifex expresse affirmat *lib. 3. cap. 42. num. 7.*, cum potissimum præter eas de virtutibus in gradu heroico, deque Ven. Servi Dei innocentia aliunde constet. Sic gratiæ gratis datæ, quas in actis testatas comperimus, gratum Ven. Aloysium fecerunt, heroicumque habitum virtutum, de quibus Testes deponunt, apprime confirmant.

118 Omnia in unum retexendo, Ordinarios Testes ab exceptionibus tam in personis, quam in dictis defendimus. Et quoad primi generis exceptiones unam tantum contra Testes proferri advertimus, quod nempe plures ex illis essent domestici, idque in caussa Missionarii necessum fuisse, plurimoque jure ab affectionis jure purgari, exteros autem longe plures numerari ostendimus. Et quamvis a cæteris abstinere potuissemus, propterea quod examinum formam respicerent, nihilo tamen secius singularum Inquisitionum Ordinariarum examen instituimus. Ac primo, præstabilita Processus Ord. Panormitani anno 1660 contexti validitate, rituale quinque Testium examen retinendum protuiti sumus, reliquis ex communi Provinciæ sensu deponentibus rejectis, exclusa in ipso testimonii consensu doli suspicione, ac Judicis integritate doctrinaque asserta. Deinde, iterum per nos excluso Teste XC. Postulatore Processus Ord. Panormitani anno 1667. adornati, qui severe ad directam probationem fuisset reciplendus, tres alios Testes I, XXIX, LXIV antea nulliter examinatos, testificatis nondum didictis, legitime in alio processu repetitos, et super aliis interrogatoriis rogatos pluribus juribus contendimus. Ex his duo sequuntur, ut processuum validitas rite fuerit a S. Congregatione approbata, utque Testes in personis inexcepti permaneant.

119 Ad secundi generis exceptiones quod pertinet, imprimis varia tempora et circumstantiæ distinguuntur, quos depositio Testis LXIV Ord. Panormit. anno 1667. Vitalis De Vitalibus in suo examine complectitur, ne secum et cum historico P. Frazzetta pugnare videatur. Cætera deinde pro argumentorum inopia generice in Animadversionibus collecta manifestum est, 1.° scilicet Ordinarios Testes de specificis virtutum actibus non deposuisse, cum specificos actus per Testes Ordinarios Novo in Elencho plenissime probatos oculis judicetur; unde sequitur per hos actus virtutis heroicitatem.

legitime demonstrari, quin opus sit ad V. S. D. innocentiam confugere, quæ alioquin excellens est heroicitatis probatio; eo vel maxime quod vel venialia peccata deliberata ignoraverit, eoque modo, qui in nostro foro requiritur, ostendatur: II. Testes in eo totos fuisse, ut de gratiis gratis datis deponerent, quod primo negatur ex facto, quia specificos virtutum actus legitime probaverunt; deinde additur, gratias gratis datas in specificorum actuum confirmationem exposuisse; ultimo in propatulo ponitur, ex iis potissimum gratiis et donis, a Spiritu Sancto certe non otiose magna copia collatis heroicum virtutum habitum maxime commendari.

120 Quapropter, cum eo fine hæc quæstio de exceptionibus Testium ordinariorum de visu sive in personis, sive in dictis fuerit instituta, ut videatur, utrum ex prima parte Benedictini decreti anno 1754. in vulgus editi debeant hi Testes de visu ita in linea æqualis probationis conjungi cum Testibus Apostolicis de auditu a videntibus, ut duo tantum miracula decernantur: cumque ex probatis Testes ordinarii de visu omni exceptione majores inveniantur, reliquum est, ut Testes Apostolici de auditu a videntibus ad eum finem assequendum omni exceptione pariter liberentur. Sit ergo.

ART. II.

De Testibus Apostolicis de auditu a videntibus.

121 Deficere Testes Apostolicos de auditu a videntibus, et a nobis potius hujusmodi præsumi, quam allegari, summa hæc est Animadversionum §§. 22. 23. 24. Præsumi vero hujusmodi dicuntur, qui a publica fama et voce, vel a lectura vitæ, quæ narrant, deposuerunt, qui loquentium personas indicare nesciunt, qui antiquos Societatis Jesu Alumnos, et eos, qui vixerunt tempore Servi Dei, ad scientiæ causam appellant, cum aliud sit vivere alicujus tempore, aliud ejus opera videre. Quapropter quinque Testes excluduntur, scilicet ex Processu Apostolico *Ne pereant* Testes VII et XIV. ex Processu Apostolico Compulsoriali Testes III., V. et IX.

ANIMAD. §§. 22 23 24.

121 Argumentum contra Animadversiones duplici ratione retorqueo. Animadversiones §. 3. confessæ sunt *V. S. D. Aloysium La-Nuza inclytæ Societatis Jesu ornamentum Siciliam omnem tot per annos Verbo Dei instituisse, præclarisque illustrasse exemplis.* Deinde §. 6. usurparunt verba nostra, quibus ex actis asserebamus, eumdem V. S. D. *Siciliam universam pluries benefaciendo et sanando omnes ita peragrasse, ut totus mundus post eum abierit, cum nemo fuerit, qui eum non noverit, qui concionantem non audiverit, qui sive spiritualia, sive temporalia ab illo beneficia non*

senserit, qui denique impigram in virtutibus exercitationem non suspexerit. Ista quum Animadversiones admiserint, propterequod iis refragari minime potuerint, nunc admittant oportet, Testes qui suis depositionibus se referunt ad veteres Societatis Jesu alumnos, ad eos, qui cum V. S. D. vixerunt, ad singulares personas, de auditu a videntibus deponere. Hoc enim ab illis præmissis necessario consequitur. Plura hoc in genere adjicere possem, sed ego ad alteram argumenti rationem, hoc est ad factum descendo.

123 Non is ego sum, ut omnes Testes Apostolicos de auditu a videntibus esse contendam. Immo superiore in responsione mea §. 53. hujusmodi Testes singulariter indigitavi. Sunt autem ex Processu Apostolico *Ne pereant* Testes II., VI., VII., IX., XIII., XIV. ex Processu Apostolico Compulsoriali Testes III., IV. et IX. omnes numero novem, quos ad directam probationem constituendam novo in Elencho adhibui. Ex hoc numero Animadversiones adimunt omnes Testes Compulsoriales, ac insuper Testes VII. et XIV. Processus *Ne pereant*: unde ex hoc eodem Processu supersunt quatuor tantum Testes inexcepti, nempe II., VI, IX, et XIII. His addendi alii Testes Apostolici, qui, etsi plerumque deponant de auditu auditus, nonnulla tamen narrant accepta ab his, qui V.S.D. noverant, eosque nominant. Namque in sensu etiam Animadversionis hæc pauca testimonia non sunt rejicienda.

124 His positis, inquam I. ex Testibus Apostolicis superstitibus, atque ab Animadversione inexceptis, conjunctis cum Testibus Ordinariis de visu directam probationem facto fuisse confectam; et hæc est altera ratio, qua retorqueo argumentum: inquam II. neminem ex nostris Testibus singulariter allegatis jure posse a directa probatione excludi, et hoc pertinet ad primæ rationis elucubrationem.

125 Novus Elenchus directam probationem numeris omnibus absolutam continet. Hoc enim fuit præcipuum illius objectum, quemadmodum in ipsa Elenchi præfatione protestati sumus conceptis verbis. = *Cum duplex sit Novi hujus Elenchi objectum, alterum ut probatio directa indigitetur, alterum ut specifici heroici actus in qualibet virtute exhibeantur, ad primum illud assequendum Testibus Informativis de visu Testes Apostolicos de audita a videntibus adjungimus, ad hoc autem evincendum regulas a Benedicto XIV. traditas religiosissime sequimur.* = Idem hic Elenchus, in quo consulto Testes Apostolici *de auditu auditus* fuerunt prætermissi, evincit probationem directam ex Testibus Ordinariis *de visu* ac Testibus Apostolicis *de auditu a videntibus* conflatam, iis etiam Testibus exclusis, quos Animadversio rejecit.

126 Protinus virtutem Fidei ex Novo Elencho in exemplum assumo, ac Testes Apostolicos ex Processu *Ne pereant* inexceptos tantum appello. Primus hujus virtutis actus secundum Benedicti XIV. doctrinam est *externa confessio eorum, quæ in corde per fidem creduntur*, ibidemque probatur qua-

tuor Testibus Ordinariis, et Teste II. Apostolico, eoque pacto quinque Testes ad directam hujus unius actus probationem abundant.

127 Secundus actus *observantia mandatorum Dei, et Ecclesiæ, regularum, constitutionum* probatur tribus Testibus Ordinariis, et quinque Apostolicis, quos inter Testis XIII. *tit. de Fide* §. 4. et *tit. de Charit. in Deum* §. 41. *pag.* 69: præter innocentiam a venialibus deliberatis culpis immunem, quæ concludentissime ostenditur.

128 Tertius actus *orandi studium* probatur Testibus Ordinariis novem, ac Testibus Apostolicis II. et IX. præter ea, quæ de devotione in missa, et officio adjiciuntur. Insuper heroica devotio, modestia corporis compositio inter orandum probatur duobus Testibus Ordinariis, et Apostolico II. *hoc tit. pag.* 25.

129 Quartus actus *submissio ad Deum, Ecclesiam Catholicam, ejusque visibile Caput Romanum Pontificem* probatur duobus Testibus Ordinariis, et Apostolico II.

130 Quintus actus *dilatationis fidei desiderium* probatur septem Testibus Ordinariis, et quatuor Apostolicis, quos inter Testis III, qui deponit quoad Turcarum conversionem *de auditu a vidente*, hoc est a suo patre » *il quale era vivente in tempo della vita del P. La-Nuza e che lo aveva inteso predicare* = ibid. pag. 20.

131 Sextus actus *timor Dei* probatur quatuor Testibus Ordinariis, et Apostolico II et XIII.

132 septimus actus *Dei cultus* probatur duobus testibus ordinariis et Apostolico II *tit. de Fid.* præterea tribus aliis Ordinariis, et Apostolico XIII. *tit. de Charit. in Deum pag.* 48 nec non aliis sex Ordinariis, et Apostolico II. *ibid. pag.* 55.

Cultus erga Deiparam Virginem nomine præsertim Immaculatæ Conceptionis item probatur tribus ac decem Testibus Ordinariis, et Apostolicis II. et VIII, qui postremus est etiam *de auditu a multis videntibus*, prout ipse deponit *hoc tit. pag.* 54. = Avere inteso dire dai suoi Compatriotti » di Castrogiovanni di età provetta tanto Ecclesiastici, quanto » secolari, che conobbero, e trattarono il Servo di Dio, e » specialmente da D. Ignazio Cannovè Sacerdote, prima Di» gnità della Collegiata di Castrogiovanni, quale morì di » anni ottanta, e conobbe il Servo di Dio, et altresì il Sa» cerdote D. Ignazio Tinarelli, che morì anni cinquanta » addietro incirca in età di sessanta e più anni e il Sa» cerdote D. Marcello Grimaldi uno delle quattro Dignità di » detta Collegiata, che morì quaranta anni e più addietro » in età di sessanta e più anni, che il Servo di Dio Padre » Luigi La-Nuza fu un grandissimo Oratore, e zelante delle » Anime, e divotissimo della Immacolata Concezione, sotto » il di cui titolo fondò un Conservatorio di ripentite, che » ancor esiste in detta Città. Il Servo di Dio ebbe celesti » visioni, e apparizioni di Santi, e ciò esso testimonio il » sà per averlo inteso raccontare da suo padre, il quale gli » diceva, che si trovò una volta presente nella città di Ca-

» strogiovanni sua patria, ove un giorno di Sabato ascol-
» tando la predica, che il detto Padre La-Nuza faceva so-
» pra la Immacolata Concezione di Nostra Signora, quando
» nell' esordio divenne a salutare la Vergine SSma coll'Ave
» Maria allora vidde al suddetto P. La-Nuza innalzare in
» aere esclamando: Oh che bella! Oh che bella! e ciò durò
» per lo spazio della recita di un credo incirca, e questo
» il medesimo padre di esso testimonio, che lo raccontava
» come testimonio di veduta, il diceva come quello che
» formò il concetto di essere apparita al sudetto uomo Apo-
» stolico la Vergine Immacolata, e con tale prevenzione,
» ed opinione il raccontava a tutta la sua famiglia, soggiun-
» gendo, che dopo un tal fatto fece il Servo di Dio una
» predica con singolar fervore ispirando la divozione verso
» Maria Santissima. »

133. Octavus actus *horror peccati* late patet, singulariterque probatur sex Textibus Ordinariis, et Apostolico II.

134 Nonus actus *lætitia in bonis operibus* demonstratur *in Respons. ad Nov. Animad.* §. 108.

135 Alii actus nempe *patientia in adversis et humilitas* sub titulis *de Spe*, *Fortitudine*, *Humilitate* ubertim demonstrati colliguntur.

136 Virtute ab una disce reliquas. Neque enim decet in Novissima Responsione Novissimum Elechum contexere.

137 Jam vero si communi jure duo testes contestes de visu plenam atque directam probationem constituunt; si in nostro foro Testis de visu Ordinarius ad eamdem directam probationem conficiendam conjungi debet cum Teste Apostolico, qui sit *saltem* de auditu a videntibus; si in nostra causa in singulis cujusque virtutis actibus (qui singuli non essent ex doctrina Benedicti XIV. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. *fin.*: neque fuerunt in aliis caussis ab eodem Summo Pontifice memoratis ad heroicum virtutum habitum ostendendum necessarii) conveniunt plures Testes Ordinarii de visu, et aliquando unus, plerumque plures Testes Apostolici, qui non præsuntive, sed vere de auditu a videntibus deponunt, jam constat inter omnes, Novum Elenchum in singulis virtutis cujusque actibus probationem vere directam exhibere.

138 Hactenus de Testibus Apostoliciis vere de auditu a videntibus deponentibus: accedamus modo ad præsuntivos. Etenim neque hi sunt ab hoc numero, et a directa probatione repellendi. Namque haud simplex et mere probabilis præsumptio hujusmodi Testibus suffragatur, sed vehemens ac violenta. Testes siquidem Apostolici tam in Processu « *Ne pereant* », quam compulsoriali rogati, sunt omnes Panormitani. Porro Panormum fuit ordinarium Ven. Aloysii La-Nuza domicilium, immo et theatrum, ubi illius sanctitas ac præsertim charitas maxime excelluit. In confesso autem apud nos est, Ven. Aloysium in universa Sicilia omnibus notissimum. Quanto igitur magis in una Panormi-

tana civitate? Hinc Panormitani Testes, qui deponunt, se rerum, quæ narrant, scientiam inibi hausisse a publica fama, maximeque a veteribus Societatis Jesu Alumnis, et a personis, quæ Ven. Aloysii tempore vixerunt, vehementer præsumuntur audivisse ab iis, qui Ven. Aloysium et et viderunt et noverunt. Sed vehemens præsumptio, qua Salomon etiam in suo judicio in causa ciminali usus est, ut loquitur Textus, *pro certitudine est habenda*, ac de illa Joannes Andreas, Felinus, aliique Doctores sic loquuntur = *ex violenta præsumptione profertur diffinitiva* =, etiam in caussis criminalibus, ut multi Doctores sentiunt apud Reiffenstuel *in lib. 2. Decretal tit. 23. de præsumptionibus: num.* 38. 39. 62. Itaque, cum vehemens præsumptio tanti ponderis existat, deest ratio, quare nostri Testes, qui tam vehementer de auditu a videntibus præsumuntur, a vera directaque probatione sint arcendi: eo vel magis, quod non ipsi solum, sed ipsi cum pluribus Testibus Ordinariis de visu, aliisque Apostolicis proprie de auditu a videntibus conjuncti novo in elencho reperiantur.

139 Neque obstat temporis intervallum, quod a V. S. D. morte ad Testium examen elapsum est. Nobis enim suffragatur præsumptio facti. Nam præclarissimus Censor quatuor Testes Apostolicos relinquens inexceptos concedit eos revera esse de auditu a videntibus, idque ipsum ab eorum depositionibus, evincitur. Ergo et alii esse hujusmodi potuere. Præterea Ven. La-Nuza anno 1656. decessit Processus autem *Ne pereant* digestus fuit annis 1748. 1749. et Processus *Compulsorialis* annis 1749. 1750. Hinc mediam hanc epocham anni 1749. assumendo, a Ven. Servi Dei morte ad Testium examen tres et nonaginta anni effluxerunt.

140 Exinde peritissimus Animadversor ut nostram præsumptionem extenuet, qui contendimus, eos Testes, qui se referunt ad antiquos Societatis Jesu Alumnos, esse de auditu a videntibus, rem in abstracto considerans ait, antiquos relate ad Testes eos vere dici, qui sequiori a V. S. D. vita ævo vixerint, dummodo Testes ipsos *vicennio tantum* prædecesserint, uti notum ex jure est.

141 Ipse vero in concreto rem expendam. Duo excepti Testes Apostolici Processus *Ne pereant*, dum examinabantur, nempe Testis VII. duos et octoginta numerabat ætatis annos, et Testis XIV. unum et septuaginta. *Summar. Num.* 2. *pag.* 10. Item ex Processu *Compulsoriali* Testis III. suæ ætatis annos numerabat duos et septuaginta, Testis IV. duos et quinquaginta, Testis IX. unum et septuaginta. Quapropter hi Testes potuerunt esse de auditu a videntibus, si audierunt a viris tantum quadragenariis. Sed antiqui Societatis Jesu Alumni in sensu etiam Animadversionis erant quadragenario majores, et viris quadragenario majoribus certo certius Panormitana civitas redundabat. Sed hi tam Panormi, quam extra videre, audire, cognoscere Ven. Aloysium

La-Nuza virum Apostolicum undequaque celebratissimum necessario debuerunt. Ergo hi Testes, qui ad veteres Societatis Alumnos, ad seniores, ad publicam famam se referunt, de auditu a videntibus vehementissime præsumuntur: adeoque cum aliis, qui vere sunt hujusmodi, et cum Testibus ordinariis de visu conjuncti directissimam probationem constituunt.

ANIMAD. §. 25.

142 Vindicata horum Testium auctoritate, reliqnum est, ut ad Testes in Apostolico Processu *de fama sanctitatis in genere* rogatos descendamus. Quatuor enim Testes ex hoc Processu a veteri Patrono in prima responsione §. 125. allegatos ait præclarissimus Censor *Animad.* §. 25. esse expungendos, nisi aperte impingere velimus in censuram *Cap. Veniens* 38. *de Testibus*, et quia finis processus in genere, et processus in specie est diversus.

143 Animadversio isthæc non æque alterum patronum respicit, ac primum. Si enim primus Testes de fama in genere adhibuit, alter in Novo Elencho, qua late patet, hujusmodi ne a longe quidem innuit. Quapropter ab ulteriore responsione supersedere possem, nisi auctoritas et ratio contra allegata aliquantum urgeret.

144 Auctoritas *Capit Veniens* 38. *de Testibns*: statuit, testimonia in Judicio summario recepta, haud valere in plenario. Hinc ergo arguitur, judicium de fama sanctitatis in genere esse judicium summarium. Falso: nam judicium, seu processus summarius dicitur » in quo proceditur simpliciter et de plano, sine strepitu et forma judicii: idest non » observatis adamussim ordinariis judiciorum solemnitatibus, » ambagibus, ac terminis judicialibus. Et hoc judicium » summarium alio nomine appellatur *extraordinarium*, eo » quod in ipso non usquequaque servatur juris ordo. » Ita Reiffenstuel *in lib.* 2. *decretal. tit.* 1. *num.* 40. Sed judicium de fama in genere est mere ac proprie plenarium, in quo rigorosa judicii forma exigitur, pro quo processu conficiendo Literæ Remissoriales a S. Congregatione expediuntur, ubi solemnitates non modo jure communi præscriptæ, sed nostri fori peculiares præcipiuntur cum decreto irritante, ut quidquid contra factum est, nullum sit, et in Ordinariis Comitiis tam dictorum relevantia, quam actorum validitas ad trutinam revocatur, ac demum sententia profertur. Hæc igitur auctoritas contra allegatos Testes nihil probat.

145 Mnlto minus probat ratio, quasi diversus utriusque processus sit finis. » Fama sanctitatis in genere », scribit Benedictus XIV. lib. 2. *cap.* 39. *num.* 7. » nihil aliud est, quam » existimatio seu communis opinio de puritate et integri» tate vitæ, et virtutibus *non utcumque sed per continuatos* » *actus data occasione exercitos supra communem operandi* » *modum proborum virorum aut mulierum ab aliquo Servo* » *vel Serva Dei jam defunctis; nec non miraculis eorum* » *intercessione patratis: ita ut concepta in uno vel pluribus* » *locis erga eos devotione, a plerisque in suis necessitati-*

» *bus invocentur, et plurium graviorum virorum judicio digni » existimentur, ut per Sedem Apostolicam referantur in album » Beatorum et Sanctorum.* » Ergo finis processus in genere, æque ac illius in specie idem est, Beatificatio et Canonizatio. Ideo etiam in Remissoria pro processu in genere titulus causæ inscribitur *Beatificationis et Canonizationis.* Ideo Testes de singularibus Servorum Dei virtutibus examinantur vi interrogatoriorum Remissoriis insertorum, in quibus illud sequentis tenoris: » Interrogetur, an sciat, vel » dici audiverit, quod V. S. D. per integrum vitæ suæ » cursum et in omni statu servaverit mandata Dei et Eccle- » siæ, necnon ea omnia, ad quæ implenda et servanda » ratione status, quem selegerat, tenebatur, præsertim ve- » ro solemnia vota, quæ emiserat in Religiosa profes- » sione: itemque num amussim impleverit peculiares » constitutiones instituti, quod professus fuit: an ze- » laverit gloriam Dei, et spiritnale proximi bonum: præ- » terea an exercuerit virtutes tam Thologales, quam Car- » dinales, Fidem, Spem, Charitatem erga Deum et Pro- » ximum, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, Tempe- » rantiam, earumque adnexas: an fama et opinio fuerit, » et sit, quod V. S. D. heroice in iis se exercuerit etc. » Eadem in interrogatoriis pro processu in genere exprimuntur.

146 Itaque processus in genere, qui primus a S. Sede conficitur, postquam per signaturam Commissionis manum caussæ apposuit, est inchoativus causæ Beatificationis et Canonizationis, et præparativus hujus judicii super virtutibus: hisque de caussis ad virtutum probationem Testes in illo rogati, si ad hunc effectum attulissemus, essent suo jure admittendi.

147 Postremo supervacaneum erit contra Animadversiones §. 26. iterum repetere, neque Testibus Apostolicis obesse, si de gratiis datis deponunt; tum quia gratiæ hujusmodi gratum plerumque faciunt, et heroicum virtutum gradum confirmant; tum quia specifi um virtutum actum, in quo narrantur, magis commendant, quemadmodum supra §§. 112. *ad* 118. demonstratum est; tum quia virtutes propriis actibus, non gratiis probatas Novus Elenchus ostendit.

ANIMAD. §. 26

148 Concludamus. Omnes Testes sive Ordinarii sive Apostolici, quos Novus Elenchus complectitur, sive in dictis, sive in personis, sive etiam in forma examinum sunt inexcepti. Testes Ordinarii sunt de visu universi. Testes Apostolici, quos adhibemus, partim sunt vere de auditu a videntibus, ex quibus tamen solis probatio directa consurgeret; partim vehementer præsumptivi et tales, qui conjuncti cum aliis directam virtutum probationem ex specificis omnibus actibus cujusque virtutis propriis, qui a Benedicto XIV. colliguntur, confectam magis coarctant. Hi igitur in linea æqualis probationis ita conveniunt, ut ex prima parte decreti anno 1754. a Benedicto XIV. promulgati, si constet de virtutibus in gradu heroico exercitis, *pro obtinenda formali Beatificatione sufficere debeant DUO MIRACULA.*

ANIM AD. §. 27

149 Nobis igitur illud restat, ut virtutes a Ven. Aloysio La-Nuza exercitas heroicitatis fastigium attigisse confirmemus, atque ab iis, quæ obstare videbuntur, expediamus.

PARS III.

De Virtutum Relevantia

150 Repetimus pelagus, quod transfretaveramus. Cursum igitur emensi syrtes scopulosque facile evasuros confidimus. Illud unice pertæsum est, in hac novissima caussæ propositione non satis aperte nobis præcipi, qua præcise iter arripiamus.

151 Etenim de virtutum heroicitate superioribus in Responsionibus per totum *Cap. III. a* §. 90. *ad* §. 125 quum ageremus, omnes, quotquot in opere Benedicti XIV. occurrunt, regulas eruimus, gestisque Ven. Aloysii La-Nuza ingenti labore accomodavimus, ut quam vere Heros vir ille extiterit, primo oculorum intuitu cognosceretur. Itaque anchoram tuto in portu posuisse existimabamus. Sin minus, aut unde aliæ regulæ essent exspiscandæ, aut quæ ex Benedicto XIV. adhuc exponendæ superessent, erat indigitandum, ut qua nobis eundum monstraretur.

ANIMAD. §. 28

152 Verum haud novæ requiruntur regulæ, bene vero illæ, quibus usi sumus, extenuantur. Nam inter cæteras illam posuimus = *Heroicitatem ex multiplicibus heroicis actibus coalescere* = . Contra quam exurgens Animadversio §. 28. ex eodem Benedicto XIV. arguit, paucos actus licet heroicos non sufficere ad ostendendam multiplicem vitæ innocentiam, quæ exigitur in Canonizandis. Id nemo negaverit: neque tamen adeo protendendum, ut omnes virtutum actus in Canonizando heroicos esse oportere præsumatur. Nam Card. Bona *in princ. vit. Christ. part.* 2. *Cap* 2. scribit = *Magnæ occasiones serviendi Deo, actusque heroicos virtutum exercendi rarissimæ sunt.* Et S. Franciscus Salesius *Introduz. alla vita divota part.* 3. *Cap.* 3. §. *ult.* tradit = *Le grandi occasioni di servire Dio si presentano di rado* = . Et bene cum Capisucco notat Mattha *de Canoniz. SS. part.* 4. *Cap.* 6 *num.* 2. = . *Ad heroem constituendum opus non esse, ut quis virtutibus pollens iis omnibus in gradu heroico polleat, sed satis esse, si aliquibus tantum virtutibus heroicis excellat, ut eros dici possit* = . Et Card. de Lauraea *in* 3. *sentent. tom.* 2. *disput.* 4. *art.* 6. *col.* 1. *num.* 84. = *Licet non sit necessarium, ut semper eis* (virtutibus) *usus sit Servus Dei Beatificandus, neque ut omnes fuerint in gradu heroico, quia S. Hieronymus existimat id numquam accidisse* = . Et late Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 15.

153 Quum igitur neque pauci actus heroici in caussa Canonizandi sufficiant, neque omnes esse possint heroici; quum insuper actus cujusque virtutis proprios in hac causa protu-

lerimus, si pauci illi sunt, exprimendum erat, qui tandem deessent, ut per nos ex actis supplerentur. Nobis enim ea contra, qui novum Elenchum impleveramus tot actibus cujusque virtutis propriis, quot a Benedicto XIV. enumerantur, actus non paucos, sed nimios eosque omnes heroicos, in medium posuisse videbamur. Id utrumque modo ostendimus. Ac primo tuemur, virtutum actus in hac Ven. Aloysii La-Nuza caussa expressos esse nimios, quatenus scilicet numero plures inveniuntur, quam in aliis celebriorum Sanctorum caussis fuerunt probati.

154 Namque ut ad exempla veniamus, atque de Charitate in Deum uniee loquamur, quæ major est omnibus virtutibus, hæc eruimus ex sæpe laudato Pontifice *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 27. = « *In relatione Causæ S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis titulo de Charitate in Deum* = Quidquid loquebatur, » seu meditabatur dirigebat ad Deum, cujus voluntati cun» cta subjiciebat, asserens, nunquam se aliquid factu» ram, quod præter illam esset, vel illi quoquomodo » adversaretur etc. Nihil habebat jucundius, quam deside» rium, ut assidue Dei cultus, et notitia mortalium men» tibus increbresceret, et augeretur: quapropter quoties » legerentur gesta Virorum Christiana pietate insignium, » qui vel pro Dei veneratione, vel pro Religionis in» cremento laborarent, ipsa sancto gaudio exilire vide» batur, et gratias agebat Deo, qui dignaretur mira» biliora operari per alios, quam per seipsam; majo» rem nempe ex aliis, quam ex se Domino processu» ram gloriam arbitrabatur. Acriter e contra afflictabatur, » cum cerneret Religiosorum hominum coetus Divino cul» tui intepescere, et a strictiori illa semita declinare, per » quam prlmi Duces iter arripuerunt = . *In relatione* » *Causæ S. Andreæ Avellini tit. de Charitate* = : Hanc » eximiam Charitatem Andreæ erga Deum probari censnimus » ex maximo affectu ipsius erga Passionem Domini Nostri Jesu » Christi: nam ut Testes deponunt, erga illam fuit maxima de» votione accensus, ita ut ingentem lacrymarum imbrem so» litus esset profundere, dum de ea verba faciebat: quod » pro maximo amoris signo accipiendum est, cum lacrimæ » ex intimo amantis affectu, et amore languentis pro» vocentur = : *In relatione Causæ S. Theresiæ super* » *virtutibus, tit. de Charitate* = : Primo istius Divini » amoris indicium manifestum desumitur ex coeteris aliis » virtutibus, quibus illam Deus condecoravit. Secundo » hoc ipsum demonstratur ex mente intenta, quam per» severanter Beata Theresia in Deum habuit, ut fere » numquam ab illius præsentia, et Divina contempla» tione, vel consideratione recesserit ad instar arden» ter amantium, qui diu noctuque de persona dilecta » fideliter, intenseque cogitant etc. Tertio ad idem nos » induxit, quod ita Beata Theresia Deum super omnia pro» pter ipsum solum amavit, ut gloriæ ejusdem Dei de» siderio arserit, eamque augeri summe summisque labo-

mum ante mortem accipere mererentur, omni eos humanitate prosequebatur, et quibuslibet in rebus inserviebat. Illud singulari curæ Ven. Aloysio fuit, ut Missæ pro Agonizantibus celebrarentur, illud inquiens, pluris unam ante mortem, quam centum post mortem valere: illa enim unica adjuvat contra tentationes, e periculo damnationis eripit, et a pœnis purgatorii liberat. Illud quoque inculcabat, ut Sacramenta infirmis quantocius deferrentur: itaque ad illa devote recipienda infirmos disponebat. Spiritualibus monitis ærumnas ægritudinum sublevabat. Multos etiam evidentibus prodigiis ad pristinam valetudinem vindicavit, unde avide ad invisendos infirmos exquirebatur. Neque tacendum, labiis saniem ex ulceribus sugere haud horruisse. Eadem charitatis officia domesticis infirmis præstitit.

166 Tandem publicis vinculis detentos temporalibus ac spiritualibus auxiliis adjuvit. Dedit siquidem operam, ut mitius cum iisdem ageretur. Modo victum, modo vestitum, modo nummos eleemosina collectos est elargitus. Missiones etiam publicis in carceribus, ac in triremibus obivit, quæ fructum centuplum attulerunt.

167 Quod est igitur Charitatis genus, quod sive corporibus, sive animis proximorum Vener. Aloysius non præstiterit? Quod est Charitatis genus, in quod se prompte, alacriter, perseveranterque non exercuerit? Nonne illud omni vita anhelantem comperies, ut omnia omnibus esset, infideles ad Catholicam Ecclesiam adduceret, peccatores ad pœnitentiam revocaret, ad amorem Dei traheret universos? Quæ quidem tot, tamque excellentia in uno Ven. Aloysio La-Nusa fuerunt, ut illi præ cæteris sive Societatis Jesu, sive aliorum Ordinum asseclis *Siciliæ Apostoli* titulum promeruerint. Atque hic titulus omnem charitatis sublimitatem unice complectitur. Sed charitas cæteras omnes virtutes informat, secumque innectit. Ergo singularum virtutum actus a tam sublimi charitate in Heroe Missionario procedentes sunt omnes heroici.

168 Porro hæc non solum e Summario, sed potissimum ex Novo Elencho *tit. de Heroica V. S. D. Charitate erga proximos*, hoc est a Testibus de visu, atque de auditu a videntibus colliguntur. Dicta autem Testium e processibus rite legitimeque per hanc S. Congregationem probatis procedunt. Hinc confirmatur, inaniter ab Animadversione duo illa concludi, turbatos nimirum fontes, unde patroni probationes hauriunt, et multiplices heroicos actus virtutum, nec veterem, nec novum Elenchum suppeditare.

169 Item in exponenda heroicitatis probatione *superior. Respons. cit.* §. 98. aliam regulam ex Benedicto XIV. expressimus, nimirum = *continuatam vitæ innocentiam cum depositionibus Testium de qualitatibus certo facilitatis, promptitudinis, delectationis, et perseverantiæ consequi virtutes heroicas, etiamsi non doceatur de actibus arduis in particulari* =, Contra quam *Animad.* §. 29. *ad* §. 31: opponitur,

dis navavit. Hinc innumeras ad bonam frugem reduxit. Cumque nosset, plerasque ex illis rerum inopia se prostitutione damnare effecit, ut conversæ mulieres id haberent, quod satis esset. Itaque alias in matrimonio jungendas studuit, alias in domibus a se per plures Siciliæ civitates constitutis collocavit, quæsitisque eleemosinis sustentavit. Singulari quoque charitate captivos Turcas est prosequutus, quorum plurimos ad Catholicam fidem redegit, bonisque moribus induit. Id eo pacto assequutus est, quod eosdem solari, blandiri, amorem sibi conciliare, et comiter tractare in deliciis habuit; proptereaque si cujus rei ipsi Turcæ indigerent, ad Ven. La-Nuza confugerent. Neque mirum est, tam amplam peccatorum, atque infidelium segetem collegisse, siquidem gratia Dei erat in illo, et verbum Dei portentis signisque annunciabat.

161 Attamen qui tam sollicite zizania eradicabat, bonum frumentum impensius alebat: unde factum est, ut nonnulli majoris perfectionis assequendæ gratia statum religiosum amplecterentur. Quorum alios Ven. Aloysius concionibus ad eam pietatem perduxit, alios consilio adjuvit, alios in sancto proposito continuit. Aliis etiam, qui in sæculo manebant, quo sanctius viverent, charitatis instituit Congregationes, quas et censibus amplificavit.

162 Verum ut cæteros charitatis erga proximum actus in Ven. Missionario prosequamur, imprimis offensoribus ignovit, quorum non meminerat, nisi ut benevolentia complecteretur, præmiis honoribusque afficeret, Deo commendaret. Sic autem de acceptis contumeliis loquebatur, ut se reum accusaret. Quod quidem non levissimum in eo putabitur, qui igneo præditus erat temperamento.

163 Nullum deinde afflictorum genus Ven. Aloysium præteriit, cui non suppeditaverit auxilium. Neminem dubiis anxium agnovit, cui non præsto fuerit consilio. Cum enim sanctitatis fama undique floreret, longinquis e regionibus adventabant, qui rebus in dubiis suam rogarent sententiam. Quos omnes aut optima præbens consilia, aut ad prudentes remittens recreavit.

164 Rudes præterea ignarosque erudivit. Horas enim in Societate Jesu animi relaxationi dicatas in famulis domus instituendis impendebat. Si in Missionum itineribus pueris occurrisset, iter intercipiens Christianam doctrinam tradebat; quod olim dum ageret sub dio, inter imbres effusissimos nemo madefactus est. Ad pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacramenta optima methodo pueros puellasque informabat. Discipulis monita ad bene vivendum suppeditabat, sodalibus orationis modum explicabat. Ad salutem necessaria omnibus e suggestu prædicabat.

165 Insuper visitavit infirmos præsertim pauperes, nunc in domibus, nunc in Xenodochiis. Præterquam quod orationibus apud Deum adjuvabat, præcipueque Turcas, ut baptis-

beret, tum quoque vires vitamque proximis dedit in missionum exercitatione. Neque hic ego sum missiones numeraturus, quum triginta continuis annis universas Siciliæ plagas pluries peragraverit. Neque difficultates prædicaturus, quæ ob aeris inclementiam, itinerum longitudinem, præruptorumque montium altitudinem, quibus undequaque consita est Sicilia, aocidere debuerunt. Labores eloquar in actu missionis susceptos, qui tanti fuerunt, ut sodales exiguo tempore secum resisterent. Nam et pluries in die longa oratione concionabatur, neque mora, quin vel inediæ, vel sudoris haberet rationem, pro tribunali pœnitentiæ multam ad noctem considebat: eodem tempore christianam doctrinam docebat, moniales hortabatur, carceres, hospitalia, quique auxilio indigerent, invisebat: inter hæc brevissimum somnum carpebat, parciore se cibo sustentabat, gravissimis flagellis corpus affligebat. Dicam pariter pericula vitæ, quibus pro salute proximorum se exponebat: pericula nimirum in terra propter latrones, in quos incidit; propter frequentes montium valliumque aeris mutationes; propter infirmitates; propter victus, vestitus, hospitiique defectus; propter itinerum asperitates, celeresque aeris mutationes; pericula in mari propter procellas: pericula in fluminibus, quibus, ut proximis opitularetur, demersus est. At hujusmodi ratione quicumque annis triginta ad senectutem indesinenter perseveraverit, ille sive in Ignatii, sive in Dominici, sive in Franciscì castris stipendia promeruerit, nullo dubio charitatis *Heros*.

159 Nam si ab effectu, ut supra dicebamus, mensurandus virtutis affectus, cui Deus benedixerit, quis Ven. missionario La-Nuza fructuosior? Multorum siquidem odia, quæ usque ad internecionem exarserant, privatis colloquiis publicisque concionibus extinxit: multas contentiones impediit: multos a concubinis, multos a meretricibus, quæ perniciosissimæ sunt litium funerumque occasiones, reduxit: multos ad concordiam revocavit, inter quos factum eminet Flaviæ uxoris Lucii Pisano, quam etsi repugnantem propterea quod vidua cum sex filiis sine censu relicta esset, ad condonandam inimico conjugis interfectori offensam excitavit.

160 Innumeri vero sunt, quos lavacro sacramentalis pœnitentiæ ablutos Christo reconciliavit. Omnes utriusque sexus nulla personarum exceptione audiebat, neque diem solum verum noctem confessionibus excipiendis insumebat, ac bonus Pastor, qui ab ovili recesserant, summo labore undequaque quæritabat, ut ad ovile reduceret: redire detrectantibus tristia successere. Quod vero prodigiosum in ea re haberi debet, illud est, quod intricatas conscientias facillime expediret, et peccata, quorum pœnitentes memoriam amiserant, iisdem benigne suggereret. Præcipuo tamen modo erga meretrices oculos intendit, sedulamque curam iis converten-

vitæ innocentiam neque in facto, neque in jure adstruendæ in causa nostra heroicitati suffragari.

179 Diluendæ huic difficultati ut manum admoveamus, præmittimus, perperam contra virtutum a Ven. Aloysio La-Nuza exercitarum heroicitatem animadverti innocentiæ defectum. Neque enim omnem heroicitatis molem in una vitæ innocentia posuimus, sed in Summario, et in Novo Elencho eam virtutem vix ad charitatis, et castitatis actum probandum protulimus. In defensione autem hoc modo usi sumus, ut quamvis nossemus, gravissimos scriptores apud Benedictum XIV. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 9. contendere, Heroem esse, qui toto vitæ suæ tempore innocentiam baptismalem servaverit, ita ut immutabilitas ista satis sit ad constituendam Evangelicam heroicitatem; prudentius ac tutius Ecclesiam judicaturam esse, obiisse Deo gratum et amicum illum, qui gratus semper, et amicus gratiam et amicitiam perpetua vitæ innocentia retinuit, quam alium, qui ingratus olim et inimicus gratiam deinde per pœnitentiam et amicitiam recuperavit; ex perpetua vitæ innocentia constare etiam de Virtutibus Theologalibus et Cardinalibus seu moralibus, prout Ecclesia requirit in Canonizando scilicet de Fide, Spe, Charitate, quæ infunduntur in baptismo, necnon de virtutibus omnibus moralibus, quæ ex S. Thomæ sententia cum charitate simul omnes infunduntur, nec nisi per peccatum mortale amittuntur: Quamvis, inquam, hæc nossemus, in defensione tamen asserendæ virtutum a Ven. Aloysio La-Nuza exercitarum excellentiæ *Resp. ad Nov. Animad. cit. pag.* 36. *cap.* 3. *per tot.* Duce ac Magistro Benedicto XIV. diximus, heroicitatem in eodem V. S. D. 1. constitisse ex operis excellentia, et arduitate; 2. ex multiplicibus heroicis actibus coalescere; 3. evinci ex characteribus promptitudinis, facilitatis, delectabilitatis, perseverantiæ; 4. certum esse, virtutes altiore ac perfectiore modo, quam, communiter omnibus competat, ab illo exercitas: 5. de virtute in virtutem in exacta mandatorum observantia, in vigilantissima votorum regularum, et constitutionum custodia in dies processisse. Postremo ex eodem Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 11. addidimus, continuatam vitæ innocentiam cum depositionibus Testium de qualitatibus promptitudinis, facilitatis, delectabilitatis in virtutum exercitatione certo consequi virtutes heroicas, etiamsi non doceatur de actibus arduis in particulari: eamque innocentiam et qualitates enucleavimus. Unde sequitur, ut, cum agatur de modo probandi virtutum heroicitatem, cumque tot modi illius probationis a nobis suppeditentur, si innocentiæ probatio rite legitimeque fieri non potuisse supponatur, virtutum tamen heroicitas per characteres promptitudinis, facilitatis, perseverantiæ, delectabilitatis, perque alias regulas, a Benedicto XIV. desumptas, quæ Ani-

ANIMAD. §. 29.

madversionibus expertes relinquuntur, satis superque probata elucescat.

171 Verum, quid tandem est, quod in facto innocentiæ probationi refragetur? En verba Animadversionis §. 29 = Quo» ad Testes Confessarios adductos præterquam quod duo ex » illis P. Joseph Verdirano, et P. Joseph Landolina formali » examine discussi non fuerint, præterquam quod tertio » nempe P. Vitali de Vitalibus illud obstet, quod §. 18. su» perius indicavimus, etiam nunc animadvertere est, eos » de omni vitæ tempore minime testari. Nemo enim ge» neralem exomologesin accepisse deponit, nemo illi toto » vitæ tempore a confessionibus fuit, quorum alterutrum » necessarium erat, ut innocentia vitæ plene, et luce cla» rius innotesceret. = Hinc Animadversio 1. supponit, solis Confessariorum dictis alicujus innocentiam in hoc judicio probari: 2. ipsos confessarios excipit in facto probationis: 3. exigit, Confessarios generalem V. S. D. exomologesin accipere debuisse.

172 Atqui prima suppositio falsa est ex Benedicti XIV. doctrina, qui *lib. 3. cap. 22. num.* 10 scribit = *Si quæstio restringatur ad vitæ innocentiam solis, et veris Confessariorum dictis comprobatam unusquisque facile deprehendere poterit, expositam assumptionem sufficere ad summum pro constituenda Sanctitate coram Deo, non coram Ecclesia.* = Et prius lib. eod. cap. 7. num. 2. et 3. hæc tradiderat. = *De similibus* (Confessariis) *Testibus et dictis quæritur, an admittantur, et probent? Joannes Gersonius inclinare videtur in sententiam, quæ hisce testibus fidem detrahit etc. Ipse autem dum munere fungebar Fidei Promotoris, ad cujus ministerium pertinet opponere, in causis in quibus Confessariorum attestationes producebantur, eos dicebam in nullo vel modico pretio habendos esse propter rationes a Gersonio desumptas: in causis vero, in quibus prædictæ Confessariorum attestationes non producebantur, deficere dicebam probationis pondus, cum ex solis dictis Confessariorum conscientiæ puritas deprehendi posset. Quando postea in Sacris Congregationibus suffragium meum uti Consultor pro veritate exposui, semper sensi non esse causæ imponendum silentium ex defectu examinis Confessariorum, cum Ecclesia judicet de externis, et heroicæ virtutes Servorum Dei probari possint dictis aliorum Testium fide dignorum, qui frequentiam dictorum actuum cognoverint et viderint: si vero in aliqua causa exhibita fuerant examina Confessariorum, ea dixi maximopere utilia, ita ut examina hæc Confessariorum non inter necessaria, sed inter utilia, et quæ maximopere conducunt, videantur esse recensenda. Fundamentum ita sentiendi in sequentibus constitutum fuit: Primum est, quod usque adhuc nulla lata lex est, quæ examen Confessariorum in hisce causis exposcat tamquam necessarium: secundum est, quod in Bulla Canonizationis S. Francisci in Nov. Cod. Cononiz. Gregorius PP. IX.*

ita loquutus est pag. 62. = Sane licet ejus vita tam sancta,
» tam strenua et preclara sibi sufficeret ad obtinendum
» consortium Ecclesiæ triumphantis, quia tamen militans,
» quæ solummodo videt in facie, non præsumit de his,
» quæ de suo foro non sunt, auctoritate propria judicare,
» ut illos pro vita tantum venerandos assumat, præsertim
» quia nonnumquam angelus satanæ in lucis angelum se
» transformat, omnipotens et misericors Deus vitam ejus
» sibi fuisse acceptam, et ipsius memoriam esse a militante
» Ecclesia venerandam multis, et præclaris miraculis de-
» claravit · = *quocirca si interna, et occulta, nulla facta Confessariorum mentione, fuisse Deo accepta Pontifex ait desumendum esse a miraculis intercessione Canonizandi a Deo patratis, exclusa videtur necessitas eorum examinis etc.* = Quapropter in eo sensu, quod ex solis dictis Confessariorum conscientiæ puritas, seu innocentia deprehendi possit, prædicatam ab Animadversione Confessariorum necessitatem negat Benedictus XIV., propterea quod aliunde deprehendi possit. Eamque ob causam defendendæ V. S. D. innocentiæ nos *in Resp. ad Nov. Animad.* §. 121., quatuor Confessariorum testimonia et attestationes non tamquam necessarias, sed tamquam utiles, et quæ maximopere ad rem conducerent, exhibuimus; insuper alios Testes, tam de visu, quam de auditu a videntibus adjunximus, qui deponunt, nullum unquam in Ven. Aloysio La-Nuza detexisse defectum, bene vero quotidianum in virtutibus profectum cognovisse. Unde immunitas a peccato, hoc est innocentia legitime probatur, præter miracula, quæ non desunt.

173 At enim Confessarii ex modo recitatis difficultatibus non sunt hujusmodi, ut in facto judicialem innocentiæ probationem constituant. Contrarium contendimus.

174 Nam primi duo Confessarii pro adstruenda V. S. D. innocentia adhibiti sunt duo Testes de visu Proc. Ord. Panorm. anni 1667, nempe Testis I. P. Joseph Ventimiglia, et Testis LXIV. P. Vitalis de Vitalibus, quorum alter est omni exceptione major, alter hic supra §. 85. et seq. et 91. ab exceptionibus vindicatus. Duo Testes de visu plenam probationem jure communi efficiunt, totidemque in causa S. Aloysii Gonzagæ suffecerunt. Duobus hisce Testibus confessariis addidimus *Nov. Elenc. pag.* 194. §. 101. non solum aliorum duorum Confessariorum attestationes, sed etiam alios Testes tum de visu ex eodem processu, tum de auditu a videntibus ex Processibus Apostolicis: unde congestis testimoniis tam directis, quam adminiculatis ex Processibus sive Ordinariis, sive Apostolicis desumptis etiam ex jure nostro plenissima probatio emergit. Quasi vero hæc parum essent, eorum quoque testimonia, qui deponunt, Ven. La-Nuza ab omnibus defectibus abhorruisse, et in virtutum stadio de die in diem profecisse adjecimus *Resp. ad Nov. Animad. pag.* 40. §. 121.

et pag. 45. §. 106. Ulterius produci non potest legitima probatio.

175. Neque obest, quod Confessarii in nostro facto adhibiti haud memorent, se generalem V. S. D. confessionem accepisse, quemadmodum in causa S. Aloysii Gonzagæ duo Confessarii Card. Bellarminus et P. Antonius Valentinus expresserunt. Etenim si in nostrorum dictis Confessariorum deest materiale verbum *confessionis generalis*, abunde tamen per æquipollens suppletur. Ajunt siquidem, Ven. Aloysium hoc in more habuisse, ut non solum quotidie, sed pluries etiam in die suam expiare conscientiam consueverit. Sic I. Testis Confessarius *Nov. Elenc. pag.* 194. §. 101. = *Spesse volte si confessava, il che era ogni giorno, e spesso due volte al giorno* =. *Idque confirmat P. Frazzetta ibid. pag.* 196. = *Mi dicevano i suoi Compagni, che non contento di confessarsi ogni mattina, molte volte tra giorno pregavali ad udire la sua confessione, e questo lo faceva due, e tre volte il giorno, con tutto che il Confessore gli dicesse, che si quietasse, che non vi era materia di assoluzione* =. Itaque ad sufficientem absolutionis materiam inveniendam ea oportuit expiscari, quæ superiore vita admisisset. Unde I. Testis Confessarius *loc. cit.* fatetur = *nelle quali confessioni tuttochè vi fossero molte cose fatte da lui nel secolo* =. Jam vero aliquid certi hic ponamus. Primo certum est, Ven. Aloysium in Sacramento pœnitentiæ quotidie se expiasse. Secundo certum est, Testem LXIV. Confessarium P. Vitalem de Vitalibus quinque annos cum dimidio Sacramentales V. S. D. exomologeses audivisse. Ergo ultra mille vices audivit. Qui autem millies anteactæ vitæ culpas aperit, profecto omnem suam conscientiam manifestat. Hoc pacto generalem V. S. D. exomologesim ferme quotidie qui illum in Sacramento pœnitentiæ audierunt Confessarii exceperunt. Re sane vera P. Vitalis expresse fatetur se omnem V.S.D. conscientiam novisse, dum *Proc. fol.* 542 *ter.* deponit: *Ho conosciuto e praticato il P. Luigi La Nuza felice memoria per lo spazio di anni ventidue, accompagnandolo in alcune delle varie Missioni, che lui fece, dove lo servii non solamente di di compagno, ma ancora LO CONFESSAI, ET HO SAPUTO TUTTA LA SUA COSCIENZA* =. Ambo autem Confessarii absolute de omni V. S. D. vita pronunciaverunt. Nam P. Ventimiglia judicat hoc modo = *MAI perse la grazia battesimale* = P. De Vitalibus simili modo = *non abbia MAI commesso peccato, ne anche veniale avvertentemente* =: Qui *numquam* asseritur gratiam baptismi amisisse, absolute per totam vitam innocens prædicatur. Qui *numquam* asseritur veniale peccatum deliberate suscepisse, illius virtus non purgativa, sed animi purgati pronunciatur. Adeo nimirum late patet V. S. D. innocentia numeris omnibus absoluta.

176 Hæc in facto: jus modo tentemus. Verba Animadversionis ita sonant ». In jure ibidem quærebatur, quem hæc » innocentia effectum nancisceretur, an scilicet ad juris » tramites probata faciliore opere, et quasi ex præsum- » ptione heroicitatem adstrueret. Consentientes jam vero » secunda in propositione causæ patronos habuimus, si- » quidem §. 120, hac innocentia vitæ mordicus retenta, » ad virtutum actus prompte, facile, et delectabiliter eli- » citos juxta doctrinam Benedicti XIV. suffragatorum men- » tes convertunt, ex quorum qualitate et habitu heroici- » tatem desumerent ». Quæ verba duplex illud innuere videntur, primo aut Confessarios V. S. D. innocentiam præsumptive asseruisse, uti pariter in novis Animadversionibus §. 34. arguebatur; aut ex innocentia præsumptive tantum heroicitatem virtutum efflorescere: secundo patronos ad aliud argumentum confugiendo consensisse eamdem innocentiam ad probandam virtutum heroicitatem effectu expertem.

177 Itaque Patroni defendunt primo, Confessarios non præsumptivo, sed certo judicio V. S. D. innocentiam proclamasse. Nam P. Joseph Ventimiglia ita deposuit *Summ. n. 21. §. 7.* = *Nelle quali Confessioni contuttochè vi fossero molte cose fatte da lui nel Secolo, posso affermare con ogni sincerità di aver fatto concetto, che il P. Luigi mai perdè la grazia battesimale, perchè se cose gravi avesse fatto, dalle minuzie che diceva nelle Confessioni tanto spesse volte ripetute l'haveria detto, e se ne averia confessato.* = Idemque ibid. §. 3. = *Questo mio giudizio è fondato nelle Confessioni quotidiane, che fece meco nelle quali non solo si accusava dei difetti ordinarj, ma ancora delli difetti commessi nel Secolo, nelle quali mai trovai materia grave* =.

178 Et P. Vitalis de Vitalibus ita testatus est Summ. num. 20 §. 7. = *Io posso affermare, che in cinque anni, e mezzo* (et erant vitæ V. S. D. postremi) *che l'ho praticato e confessato quasi sempre nelle Missioni, il P. Luigi La Nuza non abbia mai commesso peccato ne anche veniale avvertentemente* =. Idemque Summar. num. 26. §. 11. = *Visse una vita sempre irreprensibile* =. Et num. 37. §. 35. = *Nella purità di vita etc. che menò sempre santamente* =.

179 Similia fassi sunt alii duo Confessarii, P. Joseph Verdirano Summar. num. 15. §. 43. = *Quando lo confessava, mi confondeva vedendo la delicatezza di sua coscienza* =: Et P. Joseph Landolina Summ. num. 8. §. 43 = *Confessandolo vedeva una coscienza delicatissima, minutissima* = Ex tam certo Confessariorum judicio quomodo virtutum heroicitas ostendatur, modo apparebit.

180 Iterum Patroni defendunt, suum in secunda causæ propositione §. 120: consensum esse excogitatum. Sic enim ibidem scribebant: » Neque aliud quidquam in jure refraga-

» tur. Nam, uti colligitur ex Novo Elencho, atque ex iis,
» quæ sub hoc capite sunt a nobis disputata, innocentiæ
» probationi accedit testimonium aliorum Testium, qui re-
» ferunt, elicitos a Dei Famulo fuisse alios plurimos virtu-
» tum actus, et ostendunt ab eo cumulate impleta fuisse
» tum præcepta, tum quoque consilia cum qualitatibus
» promptitudinis, facilitatis, et delectabilitatis, in quibus
» heroicam virtutem consistere cum Benedicto XIV definit
» præclarissimus Censor ». Quæ quidem verba figuram po-
tius transitionis ab uno ad alia argumenta, quam consen-
sum portendunt.

181 Postquam autem vitæ innocentiam in Ven. Aloysio La Nu-
za mordicus retinueramus, ut ait hæc Animadversio, ideo
alia argumenta, et præsertim qualitates promptitudinis, fa-
cilitatis, delectabilitatis appellaveramus, non ut mentes Con-
sultorum alio averteremus, sed ut propositum nostrum in-
victe confirmaremus. Etenim vitæ innocentiam si comiten-
tur hæc alia argumenta, maximeque præfatæ qualitates,
tum virtutum heroicitas ita probatur, ut docere de aliis
actibus arduis in particulari non amplius oporteat, uti
tradit Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 22 circa med. num.* 11
» Ne aliqua obrepat ambiguitas nonnulli casus distinguen-
» di esse videntur. Primus est, in quo vitæ innocentia,
» proindeque immunitas a peccato mortali solis comprobe-
» tur dictis Confessariorum: et quoad hunc casum respon-
» dendum esse videtur, id non sufficere pro Canonizatio-
» ne quoad Ecclesiam militantem. Secundus est, in quo
» innocentia vitæ comprobata dictis Confessariorum confir-
» matur dictis aliorum Testium, qui referunt a Dei Ser-
» vo elicitos fuisse alios atque alios actus, quibus osten-
» ditur, ab eo præcepta, et consilia fuisse impleta: et
» quoad hunc secundum casum dicendum esse videtur,
» prædicta non sufficere pro virtutum approbatione in ju-
» dicio Beatificationis, et Canonizationis, cum in prædi-
» cto secundo casu Testes non probent qualitates prom-
» ptitudinis, facilitatis, delectabilitatis, quæ ex supradictis
» sunt necessariæ, ut actus existimentur heroici. Tertius
» casus est, in quo innocentia vitæ a Confessariis asserta
» dictis Testium confirmatur, qui actus exprimunt cum
» enarratis qualitatibus, et cum observantia præceptorum,
» et consiliorum juxta circumstantias, in quibus, dum vi-
» veret, fuit constitutus. Et de hoc tertio casu loquendo
» non videtur aliquid deesse ad approbationem virtutum
» requisitum in Ordine ad Beatificationem, et Canoniza-
» tionem. Licet enim non doceatur de actibus arduis in
» particulari admirationem excitantibus, tota nihilominus
» vitæ series, continuataque innocentia per integrum vitæ
» cursum media inter pericula peccandi, quibus expositi
» sunt illi, qui degunt in humanis; una cum exacta præ-
» ceptorum, et consiliorum observantia, arduitatem con-

» stituunt et considerantibus admirationem ingerunt ». Hunc amussim effectum tam in secunda caussæ propositione, quam in hac tertia intendunt Patroni.

182 Quamvis igitur innocentia vitæ præfatis qualitatibus illustrata operum arduitatem ita se contineat, ut de aliis actibus arduis docere non sit necesse, huc tamen vocat Animadversio. Nosque non solum ut Rmis Suffragatoribus obsequamur, sed etiam ut heroicitati virtutum a Ven. Aloysio La Nuza exercitarum nihil deesse indubie confirmemus, illuc alacres descendimus.

ANIMAD. §. 31.

183 Illud autem videtur esse præmittendum, nullum dari opus, nullamque virtutem, in se, atque intrinsece heroicam. Quid enim sanctius Missa? Illius autem celebratio non solum majoris, aut minoris præmii, sed etiam pœnæ potest esse causa. Quid verbi Dei prædicatione excellentius? Attamen Evangelii præcones possunt esse, et fieri improbi, quod de se fatebatur Apostolus ab Animadversione §. 31. relatus. Unde operis virtutisque sublimitas non in se, sed in individuo, et in modo, quo elicitur, est consideranda.

184 Præmittimus item, dogma esse Catholicum, relate ad meritum, et gloriam non sufficere hominem aliquid agere, et cogitare ex seipso, sed sufficientiam ex Deo esse: incrementum autem tanto majus a Deo dari, quo majore conatu, promptitudine, delectabilitate divinæ gratiæ homo cooperatur. Inde fit, ut in decernendo operis merito et heroicitate, non opus in se, sed modus, quo quis operando cooperatur, sit attendendus. Quapropter Card. de Lauraca ab Animadversione laudatus rectissime virtutis heroicitatem definit esse *illum virtutis gradum, seu perfectionem, seu fulgorem, et excellentiam, quæ facit, ut homo circa materiam illius virtutis super communem aliorum hominum operandi modum operetur.*

185 Ven. Aloysius vocatus a Deo fuit in Societatem Jesu, Apostolicumque Missionarii officium. Huic gratiæ cooperatus est mediis omnibus, quæ præsto sunt Missionariò, ignaros scilicet Christianis præceptis imbuendo, exomologesim peccatorum quotidie audiendo, pauperes evangelizando, sacras Missiones per universam Siciliam exercendo, uberemque fructum colligendo, prout ipsa concedit Animadversio *cit.* §. 31. Atque hæc omnia non rudium, et inceptorum congerie, sed Testium omni exceptione majorum multitudine probari jam demonstravimus.

186 Hæc non adeo commendanda atque extollenda, ut hominem Christianæ Religionis heroem constituant, eadem contendit Animadversio §. 32: in medium positis nonnullis Sacrorum Bibliorum auctoritatibus, quas partim nuper adoptavimus, partim nostrum subjectum non omnino directe respiciunt. Hic vero nodus facili ratione solvitur, ut virtutes, de quibus est quæstio, absolute in seipsis spectatæ He-

ANIMAD. §. 32.

nam Christianum non constituant, secus vero si in modo, quo ab individuo exerceri potuerint, considerentur.

187 Modum autem, quo Ven. Aloysius Missiones exercuit, sic Testes inculcant: *Summ. num.* 15. §. 28. *Non è credibile quanto patisse questo Servo di Dio per la divina gloria, non solamente nel viaggiare, nella povertà degli alloggi, nella varietà, et scarsezza del mangiare, ma più d'ogni altra cosa nel modo di Missionare, ove travagliava quanto tre valenti Operaj non avrebbero potuto arrivare* = Et num. 18 §. 160. = *Mi occorse una volta di uscire con lui tra giorno, e il buon Servo di Dio camminò tanto, che mi straccai; ed io per la mia imperfezione, e poco spirito, determinai di non uscir più con lui* = Et Sum. cit. num. 18. §. 228. = *Fu con tanto travaglio, che io non potendo più andargli dietro, gli dissi, che era in tal maniera stracco, che non poteva più ec. Mi condusse in Casa professa, ed immediatamente si ripigliò un' altro Compagno, e andò.* = Et Sum. num. 9. §. 159. = *Durò circa trenta anni con tal fervore, che la provincia non si ricorda d'averne avuto altro simile, ed io giudico dover passare secoli, per avere un uomo simile* = Et Sum. num. 18. §. 6. et 7. = *L' ultima volta, che predicò in Messina, che fu la penultima della sua vita, si affaticò in modo, che pareva il travaglio essere sopra le sue forze, predicando non solamente a lungo la mattina, ma tra il giorno alla Marina, alla Porta del gigante, e conducendo poi la gente in Chiesa ne faceva un' altra, e dopo confessava sino a notte senza risciugarsi, ne riposare, e venendo una volta meno per strada, per estrema stracchezza, e soverchia fatica, non però lasciava l'impresa* = Ibidemque §. 15. ad §. 21. = *Si avverte che il travaglio del Missionario del Padre Luigi non era un travaglio ordinario, perchè fu con spessi, ed evidenti pericoli di perder la vita, ed io sotto Sperlinga prima di arrivare alla Città di Nicosia mi trovai così abbattuto dalli mali tempi, mali cammini, ed una caduta in un fiume, che feci fra me stesso questa riflessione, che quel travaglio non si poteva prendere per cosa nessuna del mondo, ma solo per servizio di Dio, ed aggiuto dell'anime, perchè si pativa con il continuo viaggiare, con la scomodità del vitto, vestito e stanza, con le continue tempeste di acqua, neve, venti, freddo, mali alloggiamenti, scarsezza del mangiare, mutazione di aria, pericoli di fiumi, di ladri, d'infermità, sparata la stracchezza continua in quelli giorni, che si faceva la missione nel predicare, e confessare tutto il giorno, e parte della notte, non restando molte volte tempo neanche di mangiare per l'andare attorno a fare la Dottrina cristiana, esortare ai monasteri, carcere, ospedali, ed ad ogni sorte di persone. Basta il dire, che con il P. Luigi non poteva il compagno resistere lungo tempo, che però molti se ne mutarono restando ammalati, e indebo-*

liti dalle continue fatiche, essendo necessario negli ultimi anni del P. Luigi assegnar due compagni per poter resistere alle fatiche. Dico dippiù, che non contento il P. Luigi dei travagli, che seco portava la missione, l'andava crescendo col non riposarsi da quelli; che però spesso essendovi gran vento, pioggia, nevi, o freddi andava scoperto, e senza berrettino, e pure che tripudiasse nei patimenti =. Nere hac in re infinitus existam, ea quæso, quæ in novo elencho prostant *pag.* 81. §. 47. *pag.* 91. §. 53. *pag.* 102. §. 51. *seqq.* recolantur.

188 Extraordinarius hic modus, quo in salutem animarum divinæ gratiæ cooperatus est, illud promeruit, ut esset etiam prodigiosus. Acta siquidem perhibent tonitrua e cælo advocasse, cælumque tonitrua edidisse *Summ. num.* 9. §. 210, e suggestu secreta cordium in audientibus perspexisse: *ibid.* §. 7. *et* 174. lucis radios ex oculis inter concionandum emisisse: *ibid.* §. 66. candidam columbam illi concionanti adfuisse *ibid.* §. 175. bilocationis dono fuisse ditatum, ut concionem in Ecclesia domus professæ Panormitanæ haberet, perditosque in viis viros uno tempore ad concionem præsens invitaret: *ibid.* §. 30. *et* 114. Hinc quacumque demum facie exercendarum missionum modus in Ven. Aloysio La-Nuza perspiciatur, præclarior, quam cæteris convenire possit, agnoscitur. Unde de illo non autem de cæteris testatum legimus *Summar. num.* 31. §. 1. *seqq. In ogni parte, che il P. La-Nuza andò insieme con me, lasciò grande odore di Santità, e basta a dire questo, che le persone per il grande affetto, e concetto che le avevano, alle volte baciavano la terra, che lui aveva calpestato, incontrandolo quando lui andava, come dicono le storie aversi fatto con S. Vincenzo Ferrerio, e l'istesso usando nel partirsi che lui faceva, fatta la missione. Stando male una volta il P. Luigi nella città di Augusta intesi conforme lo stimo per pubblica fama, che venendo li Padri Gesuiti da Siracusa per pigliarlo, li Augustani non solamente avevano determinato, se avesse occorsa la morte del detto P. La-Nuza, non darcelo, ma ancora mandando il Vescovo di Siracusa una scomunica a quelli, che impedivano, succedendo il caso, la translazione del Corpo del P. La-Nuza, loro risposero non essere obbligati ad ubidire, perchè quella era grazia, che ci aveva concessa Iddio Nostro Signore di far morire un Santo in quella città, e perchè il detto Vescovo di Siracusa vedendo la loro renitenza mandò alcuni muschettieri datici dal Castellano di Siracusa per pigliare con violenza quel corpo del P. Luigi, che gli Augustani per obbedienza non volevano dare, li detti Augustani avendo avuto nuova delle genti d'armi, che venivano sopra le filuche, essi pure si posero in armi alla Ripa del Mare, per non fare accostare nessuno alla detta città. Tale era il concetto, che da circa venti anni prima che morisse il P. Luigi La-Nuza*

avevano li Popoli, e le Città intere nella sua virtù, e Santità. »

ANIMAD. §. 33.

189 Postquam heroicitatem missionum tam ex modo, quo Ven. Aloysius exercuit, quam ex fama populorum, quam consequtus est, hujusmodi fundamentis constabilivimus, parum negotii facessunt, quæ adhuc diluenda supersunt Nam quod Animadversio §. 33. existimat, dona supernaturalia esse seponenda, sterilemque reperiri elenchum, reponimus primo, jam hic supra §. 108. *seqq.* probatum dona supernaturalia esse divina testimonia. Et si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. Unde sine donis supernaturalibus non fit Beatificatio. Reponimus secundo, demonstratum pariter §. 153. ex elencho plures etiam, quam necesse sit, heroicos virtutum actus emergere.

ANIMAD. §. 34.

190 Præterea quod Animadversionis §. 34. adnotetur V. S. D. in ea Societate Jesu vitam degisse, in qua sive exemplorum quotidie propositorum, sive instituti ratione ad hæc quisque incitetur, licet heroicis intimius non ditetur virtutibus, id nullam ingerit difficultatem. Cui enim Christi potissimum, et præpositorum sanctorum non modo in seculari sed magis in regulari vita desunt exempla? Attamen huic desiderium ut incipiat, illi animus, ut perficiat, deficiunt. Et quotidiana experentia id potius edocemur, plurimos esse, qui exempla admirantur, raros qui perfecte imitantur. Hujus postremi generis quot quot Ecclesia novit, iis meritos haud denegat honores. Ven: Aloysius La-Nuza in Societate Jesu, cui nomen dederat, propositum inter alios habuit S. Francisci Xaverii exemplum. Hoc exemplum non intueri satis habuit, verum adeo perfecte annis triginta imitari sategit ut, quemadmodum ille Indiarum, sic iste Siciliæ Apostolus fuerit nuncupatus. Æquum est igitur, ut quæ illi, talia isti præmia meritorum Ecclesia largiatur. Utinam sexcenti, sive ex Societate Jesu, sive ex cæteris Ordinibus Regularibus exhiberi possint Ecclesiæ. qui in vinea Domini excolenda tam studiose, tam strenue, tam perseveranter insudent, ut variarum Gentium Apostoli appellari promereantur!

ANIMAD. §. 35.

191 Quæ cum ita sint, contra Animadversionem §. 35. concludamus, nos hic quæstionem suscepisse de virtutum relevantia, seu heroicitate: hanc numeris omnibus demonstrasse per operum arduitatem, modumque extraordinarium et admirandum, quo eas Ven. Aloysius exercuit; per actus multiplices heroicos; per exactam mandatorum custodiam; per vigilantissimam votorum, regularum et constitutionum observantiam: per progressum de virtute in virtutem: hisce autem ad cumulum addidisse vitæ innocentiam cum qualitatibus facilitatis, promptitudinis, delectabilitatis, unde etiamsi non docuissemus de actibus arduis in particulari, vera tamen heroicitas exinde consequeretur; demum hisce omnibus exponendis et a censura purgandis, non so'um dicta Testium locuplentissimorum, omnique ex-

ceptione majorum, sed divina quoque testimonia adhibuis-
se, ut nemini de heroicitate virtutum in hac causa judica-
turo dubitationis locus relinquatur.

PARS IV.

De Oblativis.

192 Postquam virtutum uno veluti complexu sumptarum præ-
stantiam Animadversiones excusserunt, ad singulares, hoc
est ad fidem, charitatem, prudentiam, justitiam, tempe-
rantiam, fortitudinem, humilitatem convertuntur. Fidem
vero ex iis, quæ Ven. Aloysius La-Nuza sive credidit, sive
egit in administrandis Baptismi, et Pœnitentiæ Sacramentis
extenuare contendunt.

ANIMAD. §. 36

193 Ad Baptismi administrationem quod attinet, suspicantur
§§. 37. 38. 39. Ven. Aloysium contra certam Ecclesiæ do-
ctrinam sensisse, adultis proxime morituris, quamvis nec
volentibus, nec vetus vitiorum fermentum expurgantibus,
nec satis edoctis baptismum esse conferendum; idque de-
ducunt ex quadam ejusdem V. S. D. epistola. Hanc utpote
ad se missam in actis recitat P. Michael Frazzetta prius
præmittens *Sum. pag.* 91. §. 83. *et seqq.* = *Andava spesso a*
» *trovare li schiavi turchi o mori ad hora di mezzo giorno,*
» *quando stavano sfaccendati dal servire alli Padroni, e*
» *tanto li esortava con belle parole, con denari, con cose*
» *dolci, con provederli nella loro necessità, finchè fattili*
» *domestici ed affezionati li faceva far Cristiani, avendone*
» *esattissima cura dopo che eran fatti Cristiani, mentre si*
» *ritrovava in Palermo, visitandoli spesso, liberandoli dal*
» *castigo che qualche volta meritavano, con pregar li Pa-*
» *droni; e partendosi da Palermo li lasciava alla cura di*
» *altri Padri, scrivendogli lettere con gran caldezza, delle*
» *quali una ne scrisse a me del tenore seguente:*

ANIMAD. §. 37

Pax Christi

Molto Reverendo Padre

» Che fa il mio Padre? Faccende non mancano, ma
» non si scordi delle reparate, e di quella se non va be-
» ne, mandisi fuori, e n'entri un'altra. *Jam intelligis*; e
» mi avvisi per carità. Dippiù delli Schiavi raccomando pri-
» ma quello del Sig. Daynotto, che sta al Salvatore, se-
» condo quello che sta al Peperito affaccio S. Procopio col
» Sig. Barone di Sabucci. Terzo quelli due del Castellama-
» ri; mi saluti al Sig. Cappellano, e li raccommando dol-
» cemente, e se non vi è il Cappellano lascilo detto alla
» madre sua, che io la saluto, e li raccomando li Schia-
» vi. Il Sig. Cappellano si chiama D. Lorenzo Raymondo.

» Quarto visitl se può li due Schiavi all a strada di Signor
» Francesco alla porta della Chiesa piccola, dove sta il Si-
» gnor Principe di Poggio Reale: sono docili, cose dolci
» ci vuole; Quinto il Schiavo di Buglio, sta affaccio la
» Chiesa dei Zoccolanti alla gangla del piano; cose dolci:
» Sesto: Dippiù li due Schiavi del Principe la Cattolica,
» me li saluti con cose dolci, e mi avvisi. Prima li Schiavi
» di Ditello in galera, lo sa il Sig. Mussuto, mi lo saluti,
» e stia attento, quando morisse per darli il battesimo.
» Secondo il Schiavo del Sig. Antonio Maniscalco non si fa
» cristiano, che s'imbriaca, e se ne fugge, sta alli va-
» nella delli Mori, Vostra Riverenza ci passi, e dimandi
» a quelli di casa, e li parli *si quid spei*, e questo anche quan-
» do morisse si può fare, che già non pare atto. Di questi due
» di Ditello in galera, e del Maniscalco diane la cura al
» Mussuto. Vostra Riverenza stia attento, che non morano
» senza battesimo. Li cristiani fatti: il primo è Antonino
» del Principe Roccafiorita. Secondo Mariano Schiavo del
» Marchese . . . . . sta vicino al Medico Alaymo. Terzo
» Ignazio schiavo del Principe la Cattolica. Vostra Rive-
» renza lo dica al P. Paveno, il quale saluto, e mi avvisi
» come va. Quarto Schiavo detto Petro sta al Ballaro col
» Marchese dell'Algastro. Quinto il Schiavo Giuseppe Ne-
» gro, che uscì di galera, sta col Mastro Portulano, lo
» sa il Mussuto. Sesto lo schiavetto, lo saluti, della Si-
» gnora Principessa Calvaruso; questi li ripassi il Catechis-
» mo, e per confessarsi bene, e comunicarsi la Pasqua;
» e mi avvisi *de singulis* come vanno, e V. R. si faccia
» aggiutare dal P. Daydone, quale saluto. *Vale Pater mi.*
» Saluto al P. Ministro: alli S. Sacrificii di V. R. mi rac-
» comando. Da Catania
» 8. Marzo. Di V. R.

Servo nel Signore
Luigi La-Nuza

» Prego V. R. mandi questa lettera al Sig. Diamanti:
» sta alla Vanella, dove morse Orlando. Verso l'Olivella
» dopo la strada del Pezzuto si può sapere, vi è uno Schia-
» vo cristiano, procuri che li ripassi il Padrone il Cate-
» chismo ec. e comunicarsi la Pasqua. = *Da questa lettera si può comprendere la sollecitudine santa che lui teneva di questi suoi allievi, benchè fosse di lontano, ed occupato da gravissimi negozi ec.* = Visum est totum hunc contextum oculis subjicere, ut exinde non tam literarum stylus, sed magis scribentis animus dignosceretur.

194 Quod in hisce V. S. D. literis parit difficultatem, illud est, quod respicit duos Servos loco sexto memoratos, Servum Ditelli, et Servum Antonii Maniscalco. Intelligitur, hos fuisse infirmos, ut possent mori. Videntur etiam fuisse oathecumeni, saltem hujusmodi, ut spem Christianæ Religionis suscipiendæ magnam Ven. Dei Servo ingesserint. Hoc de

primo indubium assererem; tum quia ejus curam cuidam Mussuto reliquerat; tum quia de hoc Servo nullum de conferendo baptismate prodit impedimentum. *Primo il Schiavo di Ditello in galera, lo sa il Signor Mussuto, mi lo salui, e stia attento quando morisse per dargli il battesimo.* = Hæc tam libera verba a docto Missionario scripta ad doctum Fratrem, qui procuratoris officio functus est, evincunt, servum illum esse dispositum. Id a contrario confirmatur.

195 Etenim diverso prorsus modo scribit de altero, ut dicat, duo præseferre impedimenta, quod ebriosus esset, et fugeret; ut asserat propterea baptismati suscipiendo non esse aptum; ut affirmet, nullam de illo spem fuisse conceptam, sed posse concipi, ut Christianus evaderet = *Secondo il Schiavo del Signor Antonio Maniscalco, non si fa Cristiano, che s' imbriaca, e se ne fugge, sta alla Vanella delli Mori. V. R. ci passi, e dimandi a quelli di casa, e li parli, si quid spei, e questo anche quando morisse si può fare, che già non pare atto.* -

196 Sensus hujusce contextus evolvendus. Dubium primo importat illa verba = *e questo anche quando morisse si può fare* = Sed hæc verba explicantur a prioribus = *non si fa Cristiano.* Ergo sequentia = *si può fare* = hoc sibi volunt = *si può far cristiano* =. Dubium secundo important alia verba = *che già non pare atto* =. Sed hæc satis clara, et aperta sunt, si cum immediate præcedentibus conjugantur = *e questo anco quando morisse si può fare, che già non pare atto* =. Sensus igitur est, in mortis articulo posse fieri aptum baptismo suscipiendo eum servum, qui modo aptus non erat ob præmissa impedimenta, quia: *s' imbriaca, e se ne fugge* =. Igitur illa verba = *si può fare* = sive cum antecedentibus, sive cum immediate sequentibus conferantur, unum semper sensum indigitant, ut conversio illius Turcæ non desperaretur. Et ideo præmonuerat = *V. R. ci passi, e domandi a quelli di casa, e ci parli, si quid spei.* =

197 Sequentia ejusdem contextus modo videamus = *Di questi due di Ditello in galera, e del Maniscalco diane la cura al Mussuto. V. R. stia attento, che non morano senza battesimo.* = Quam tandem curam Mussuto esse a Ven. Aloysio commissam putabimus? Mens animusque V. S. D. totus in eo erat, ut infideles pastillis, suavibus verbis, benevolentiæ, et charitatis officiis alliceret, in fidei mysteriis erudiret, deinde baptizaret, uti probatum est *resp. ad nov. animad.* §. 133. Ergo eamdem curam, ut etiam ex objecto contextu colligitur, Mussuto commendabat. Sane cum in iisdem V. S. D. literis illud commendatum reperiamus, ut infideles ad Christum conversi cathechesim edocerentur, quo paratiores ad Pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacramenta accederent, quid ita non existimabimus, curam Mussuti

eo dirigendam, ut infideles adulti ad baptismi sacramentum catechesi disponerentur?

198 Item P. Michaelem Frazzetta Vener. La Nuza hortabatur, non ut morientibus adultis indispositis baptisma conferret, hic enim sensus commendatis curis, commissisque sollicitudinibus destruitur; sed ut attenderet, ne prædicti servi sine baptismate decederent. Duæ siquidem hæ propositiones longe ab invicem discriminantur. Itaque illa verba = *V. R. stia attento, che non morano senza battesimo* = hæc important, ut, quia adultis, aut non apprime institutis, aut non satis dispositis in præsentiarum baptisma conferri non poterat, Ven. Aloysius id vellet, ut morientes potissimum attente observarentur, quo promptius, si ab infidelitate resipiscerent, si peccatorum pœniteret, si baptismum desiderarent, si in veram fidem credere significarent, aquis lustralibus abluerentur.

199 Atque hic quidem sensus videtur naturalis, obvius, literalis, dignusque illo, qui scripsit, nec minus illo, cui literæ missæ sunt. Horum autem rationem aliquam habendam arbitror. Præterea hunc, quem explicavimus, neque alium esse literarum sensum ut magis confirmetur, probationem prosequemur item a contrario, refutando nimirum sensum, quem eidem contextui attribuunt animadversiones.

200 Nam sic se habent: » Agitur de baptismate conferendo a» dulto mysteria fidei nescienti = *che già non pare atto* =. » Agitur de eo, qui nullam ingrediendi Ecclesiam volun» tatem præsefert = *se ne fugge* =. Agitur de eo, qui di» vinæ gratiæ vitiis obicem opponebat = *s'imbriaca* =. Hactenus omnia transeant. Sed audiamus animadversionis interrogationem, quamque exinde deducit consequentiam: » Quidnam faciendum? Usque dum integris valeret viri» bus = *ci passi, e dimandi a quelli di casa, e ci parli* » *si quid spei* =. At quid si mors immineat? *E questo an*» *che quando morisse*? Non est monendus, non cathechi» zandus, sed absolute baptizandus est = *si può fare* (idest » *darli il battesimo*) *V. R. stia attento, che non morano* » *senza battesimo*. =

201 Atqui illud = *si può fare* = ut intelligatur = *darli il battesimo* = *non mora senza battesimo* = neque priora, neque posteriora contextus verba patiuntur. Non priora = *darli il battesimo* =, quia primum Ditelli servum unice respiciunt = *Primo il schiavo di Ditello in galera, lo sa i! Signor Mussuto, mi lo saluti, e stia attento quando morisse per darli il battesimo* =. Neque plura de hoc Servo adjecit Ven. Aloysius. Itaque unus cum altero contextu non erat confundendus, nec quod de uno Servo dictum est alteri accomodandum: eo vel magis, quod in secundo contextu quod de altero Servo dictum est, claram naturalemque præseferat explicationem = *Secondo il schiavo del Signor Antonio Ma-*

uiscalco NON SI FA CRISTIANO che s'imbriaca, e se ne fugge .· . . . e questo anche quando morisse SI PUO' FARE = nonne necessario intelligendum = CRISTIANO =?

202 Nec posteriora verba = *V. R. stia attento, che non morano senza battesimo* = efficiunt, ut illud = *si può fare* = importent hunc alterum servum esse absolute baptizandum, quin prius moneretur, atque cathechizaretur. Adhuc enim in eodem contextu præmissum fuerat = *V. R. ci passi, dimandi a quelli di casa, ci parli si quid spei* – *diane la cura al Mussuto* = *stia attento* =. Quæ quidem verba sedulam V.S. D. sollicitudinem indigitant, ut uterque Mussutius nimirum et P. Frazzetta quo possent modo curarent, ut alter hic servus, antequam in mortis agonem adduceretur, ab eis ad veræ fidei conversionem alliceretur, moneretur, erudiretur: singulariter autem P. Michaeli Frazzetta inculcabant, ut quando idem Servus in mortis articulo esset constitutus, illi adesset, ac vigilaret, si quid spei affulgeret, si quid signi conversionis exhiberet, ut promptus baptisma conferret. His similia suis Presbyteris, et Diaconibus S. Cyprianus commendabat *epist.* 13. *edit. Pamelli* = *Si qui fuerint periculo præventi, et in exitu constituti, vigilantia vestra non desit. Implorantibus divinam gratiam misericordia Domini non denegetur* = . Unum idemque sonant = *stia attento* = ac = *vigilantia vestra non desit* =: unde quemadmodum hoc, sic neque illud de absoluta baptismi collatione, sine conversionis signis interpetrandum.

203 Cæterum vehementer erraret præclarissimus Censor, si sentiret, infidelibus jam morientibus signaque conversionis præseferentibus longas ad institutionem cathecheses adhibendas, et non subito baptisma administrandum. Aliter enim præscripserunt Summi Pontifices. Nam Victor I. sub fine seculi secundi *epist.* 1. = *si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocumque loco vel momento ubicumque evenerit, sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus tantum Christiana confessione credulitatis clarificata baptizentur* =. Et S. Siricius *epist.* 1. *cap.* 3. ad Himerium Tarraconensem sub fine seculi quarti = *Quicumque etiam in discrimen naufragii, vel cujuslibet corporalis ægritudinis desperationem inciderint, et sub unico credulitatis auxilio poposcerint subveniri, eodem quo possunt momento temporis expetitæ regenerationis præmia consequantur* =. Et rationem etiam reddit S. Leo Papa *epist.* 9. = *Quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conversio etc. In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles* =. Atque ut hanc præcise difficultatem P. Frazzetta averteret, signaque credulitatis comperiret, sollicite Ven. Aloysius scribebat = *stia attento quando morisse per dargli il battesimo* – *stia attento che non morano senza battesimo.* =

ANIMAD. §. cit. 37. fin. et 38. princ.

204 Antequam hunc locum relinquamus, non erit abs re monere, perperam ab Animadversione *cit.* §. 37. *fin.* fuisse ita adnotatum. = Atque hæc quidem V. S. D. opinio, et jus- » sus ad P. Michaelem Frazzetta manifeste patet, si uti » præstitimus, recitata verba in proprio, ac naturali sensu » accipiantur. = Idcirco enim integram V. S. D. epistolam hic supra recitavimus, ut eam familiarem, hortatoriam, et precatoriam esse, non vero imperatoriam quisque intelligeret: qua super re a pluribus adjiciendis abstineo. Quando enim totius epistolæ tenor est familiaris, hortatorius, commendatitius, verba licet absoluta, nullaque conditione coercita importare nequeunt imperium.

ANIMAD. §.38.

205 Præter naturalem contextus significationem, validissimas congruentiæ rationes adduxeramus *Resp. ad Nov. Animad.* §. 132. *et seq.* ut infideles dispositos, eosque morientes signa credulitatis, et conversionis edentes ad baptisma recipere consuevisse, et voluisse, magis innotesceret. Harum prima eum respiciebat, ad quem literæ mittebantur, hisque, verbis erat concepta *Resp. ad Nov. Animad.* §. 132. *fin. Quod si intendere voluisset, ut baptismi sacramentum indignis, et non aptis a P. Frazzetta conferretur, credere Ven. Aloysius debebat, literas ipsas inutiles futuras, neque illud virum doctissimum, et religiosissimum umquam facturum.* = Contra regerit Animadversio §. 38. = Nec rem » mutat doctrina illius, ad quem epistolam V. S. D. mit- » tebat: non enim quærimus, utrum P. Michael Frazzetta » quod sibi mandabatur executurus fuerit nec ne, bene » vero quæ mandantis fuerit mens, et voluntas. «

206 Hoc igitur in loco Animadversio Apostolicum Missionarium facit aut ignarum, quasi ea nesciret, quod quilibet Theologiæ moralis candidatus novit, adultos indispositos non esse aquis lustralibus abluendos: aut impium, qui ea edoctus, vellet tamen hujusmodi in morte baptizandos. Sed facta ineluctabilia, quæ mox proferemus, contra pugnant. Reliquum est igitur, ut saltem imprudentem, ac ferme imbecillem Animadversio V. S. D. fingat, qui talia scriberet; quæ ejus, ad quem scribebat, doctrina, et religio exequi prohibuisset. Id quo pacto credibile existimabitur, cum præsertim V.S.D. prudentia numeris omnibus in actis probata omni exceptione vacua relinquatur?

207 Et quamvis Animadversio negligat cognoscere, quid P.Frazzetta facturus esset, illius tamen judicium hac in re plurimi faciendum. Cum enim præfatam V.S.D. epistolam in actis recitasset, immediate subjunxit = *Da questa lettera si può comprendere la sollecitudine santa, che lui teneva di questi suoi allievi, benchè fosse di lontano, ed occupato da gravissimi negozii* = Si P. Frazzetta V. S. D. sollicitudinem appellat *sanctam*, ergo novit sanctam quoque fuisse V.S.D. voluntatem, ut sancte baptismi sacramentum administraretur.

208 Neque potest sancta hæc V.S.D. mens et voluntas non cognosci ex ipsis literis, ut duo illi captivi infideles ad baptismi susceptionem saltem in mortis articulo disponerentur. Hunc enim sensum exprimunt illa verba = *stia attento* = *ci passi* = *dimandi a quelli di casa*, = *li parli si quid spei* = quibus verbis unice inculcavit, explorandum de illorum infidelium dispositione, animumque illorum tentandum, si quid spei affulgeret: quæ quidem inquisitiones inanes evasissent, si animo deliberasset, ut iidem sive dispositi, sive indispositi, volentes nolentesque in mortis articulo baptizarentur. Sed hunc sensum magis præcipiunt sequentia verba = *di questi due di Ditello, e del Maniscalco diane la cura al Mussuto* =. Quid clarius, ut quisque sibi persuadeat, V. D. S. curam mandasse, ac sollicitudinem, ut ad fidem duo illi captivi infideles converterentur? Quod vero addit = *stia attento quando morisse per dargli il battesimo* = hoc sollicitiorem diligentiam in mortis articulo commissam evincit. Dum enim duo illi servi mortis periculo remoti haberentur, unius Mussuti studium V. S. D. sufficiens putabat: dum vero in vitæ discrimen essent adducti, duos simul incumbere in idem volebat, quo facilius diligentiis, studiis, hortationibus multiplicatis ab errore abducerentur, gratiamque baptismi desiderarent. O Sanctam profecto voluntatem! Hancque ipsarum V. S. D. literarum lectione compertam tenemus.

209 Altera ratio ipsum literarum scriptorem spectabat, ut incredibile censendum esset, Rev. Aloysium La-Nuza, qui perpetuo more omnem operam contulisset, ut infideles sponte sua ad fidem catholicam accederent, contrarium in objectis literis intenderit. Hanc rejicit Animadversio sequentibus verbis *Animad. cit.* §. 38. « Nec item rem immutat » consuetudo V. S. D. infideles ad fidem alliciendi, ut » sponte converterentur, et cathecumenos diligentissime » curandi, ut edocti satis, optimeque morati baptismo » abluerentur: iterum enim non quærimus, quid egerit » cum infidelibus servis, qui vel integris viribus sanoque » corpore pollerent, vel levi admodum infirmitate tristarentur, de quibus in defensionis §. 133. bene vero quærimus, quid agendum esse crediderit cum illis, qui in » proximo vitæ discrimine versarentur, de quibus tantum » statuit recitata epistola. «

210 Frustranea inquisitio. Ratio enim, quare Ven. La-Nuza infideles aut sano corpore pollentes, aut leviter ægrotantes optime institutos morigerosque ad baptismi sacramentum accedere satagebat, ex theologico illo principio derivabat = *Non sunt facienda mala, ut veniant bona* =: impium quippe erat infidelem adultum non aptum lavare aquis baptismatis. Hæc autem ratio usque ad infideles morti proximos protenditur, quod cum nemo non noscat, tum neque Missionarius Apostolicus ignorare poterat. Ergo si infideles adul-

tos nonnisi satis edoctos, optimeque moralos, dum valerent, baptismate abluere Ven. Missionarius consuevit, eosdem morti proximos haud aliter baptizandos sensit, neque aliter recitata epistola insinuare valuit, ne impietatem, viro innocenti, et Missionario Apostolico inuramus.

211 Nam certum esse, hanc Ven. Aloysio perpetuam fuisse agendi rationem, ut Turcas quæritaret, hortaretur, instituerct, et usque eo adlaboraret, quod sponte baptisma desiderarent, neminem autem Ecclesiam intrare compelleret, eisque ipsis, quos disposuisset, si moralibus defectibus obnoxios comperiret baptisma recusaret jam *superior*: Resp. §. 133 fuit demonstratum. Pauca ad confirmationem opus erit adnotare. P. Vitalis de Vitalibus narrat: Summar pag. 85. §. 41 = *Non dissimile a questo* (Servo infideli Principis Roccafiorita) *fu lo schiavo del Signor Pietro Gaudioso, il quale si fece Cristiano alli 6. di Gennaro 1653. Questo visitato dal Padre, mentre giaceva infermo nell' Ospedale grande, e veggendo le carezze, che il P. La-Nuza gli faceva con somma carità entrò in sospetto, che voleva farlo cristiano, tuttoche il P. La-Nuza mai gli nominasse cose simili di farsi cristiano: ma lo schiavo sagace non volle intendere nè parlarci, anzi ci discacciò ad ambedue, dicendo a voci alte, e turbato: Io non mi voglio far cristiano, andà, andà, non mi voglio far cristiano: al che noi dolcemente dissimo, che mai gli avevamo detto questo, E CHE MAI SI SAREBBE FATTO CRISTIANO SE EGLI NON AVESSE VOLUTO, e lo Schiavo replicò: Il P. La-Nuza farà in modo, che io il voglia farmi cristiano; e perciò ci discacciava fortemente etc. Ma la vinse la grazia del Signore ec.* = .

212 Idemque Summar. num. 22. §. 45. = *Il P. La-Nuza molto si era travagliato per un' anno incirca, a fare che si volesse battezzare, e restare istrutto uno schiavo, ed alli 13 di Gennaro del 1653 bisognò desistere, di darci per allora il battesimo, TUTTOCHE FOSSE BENE ISTRUTTO, E DESIDEROSO DI QUELLO, ma per alcun difetti morali non si stimava atto il battesimo: se ne doleva il Padre, non ha dubbio, grandemente, ma senza turbarsi* = . Et hoc est, quod nonnihil in Ven. Aloysio admirandum est, ut, quamvis omnes industriæ, et charitatis nervos eo intenderet, ut infideles sponte sua christianam religionem amplecterentur, si tamen in obstinatos incideret, divinæ voluntati conformatus, suoque in animo tranquillus dicere soleret = *Dobbiamo ajutar le Anime, come gli Angeli Custodi senza perdere la pace* =: Summar. pag. 210. §. 26. Et ab hac securitate novum exurgit argumentum, ut persuasum habeamus, unam eamdemque erga infideles sive optime valentes, sive leviter decumbentes, sive morti proximos fuisse perpetuo Ven. Aloysii mentem ac voluntatem.

213 Tandem Benedictus XIV. expresse praecipit *lib.* 3. *Cap.* 21 *num.* 19. ut si dubium aliquod, aequivocumque verbum quaestionem excitet, quaestio ipsa ex aliis probatissimis factis sit dirimenda = . *Quocirca in praxi, si aliquando dubium occurrat, resolutio petenda videtur ex reliquo cursu vitae, et ab aliis a Dei Servo gestis etc. Quod si ex aliis actibus id constet, dubii interpetratio stabit pro actus bonitate* = . Et cohaeret S. Thomas 2. 2. quaest. 60 art. 4 =, *Ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicujus, debemus eum ut bonum habere, in meliorem partem interpetrando quod dubium est* = . Probatissima facta, quae Animadversio non renuit, nos hic et alibi in medium posuimus. Itaque hac etiam regula in id judicii adigimur, ut exploratum sit, Ven. Aloysium, qui toto aevo infideles hortationibus, blanditiis, caeterisque charitatis officiis allicere studuit, ut sponte converterentur, nefas habuisse, ut iidem morti proximi, vel obstinati, nolentes, vitiis obnoxii baptizarentur.

214 Hanc materiam ita concludit praeclarissimus Censor *Animad*: §. 39 » Optimorum vero Suffragatorum judicium esto, » utrum horum verborum = *e questo anche quando morisse si può fare* = sensum esse velint, quem ex comuni » significatione, ac mutua eorum dispositione hausimus, an interpretationem amplecti contortam sane, multisque subauditionum adminiculis roborandam, cujus ope causae patroni » quamlibet suspicionem evellere satagunt. Per nos enim illud » *si può fare* „ idem dicit ac illud, quod superius V. S. D. dixerat „ *si può dare il battesimo* „ : a patronis vero sic » interpretatur, ut dicat „ *si può fare cristiano.* Quam » dictionem postea trahunt ad indicandum, Turcam Servum, licet antea fugacem, ebriosum, ignarum, in vitae » tamen extremo, et veram ingrediendi religionem desiderio, et suorum vitiorum odio, et sufficiente mysteriorum » fidei notitia *posse efficere*, ut baptisma promereatur, quo » uno in casu epistola V. S. D. jubet „ *V. R. stia attento che* » *non morano senza battesimo* „ .

ANIMAD. §. 39.

215 Optimorum quidem Suffragatorum judicium esto: neque enim potest esse, nisi rectissimum. Itaque repetere cogor totum contextum „ *Primo il Schiavo di Vitello in galera, lo sa il Signor Massuto, mi lo saluti, e stia attento quando morisse, per dargli il battesimo* = . Hoc totum nequaquam aliud de primo servo dictum est. Qui quidem contrariis in circumstantiis, ac alter versabatur: non enim de primo illo dictum est = *s'imbriaca, se ne fugge* = aut quid primum aliud: unde cathecumenus, aut saltem a Catholica religione suscipienda non alienus est existimandus. Itaque quod de uno dictum est, alteri dissimili esse applicandum, sana logica vetat. Veniamus ad alterum, de quo sic scribit Ven. La-Nuza = *Secondo, il schiavo del Signor Antonio Maniscalco, non si fa cristiano, che s'imbriaca, e se ne*

fugge. Sta alla Vanella delli Mori. V. R. ci passi, e dimandi a quelli di casa, e li parli, si quid spei. E questo anche quando morisse, si può fare, che già non pare atto = .

216 Difficultas, ut etiam supra monuimus, oritur ex illis verbis = *E questo quando morisse, si può fare* = . His porro aliquid necessario subaudiendum. Eximius Censor subaudit, seu interpretatur = *si può fare* = idest = *dargli il battesimo* = ut superius V. S. D. dixerat. Atqui hoc de alio dixerat, et in recitato contextu, qui alterum Servum respicit, ne verbum quidem fit de' baptismi collatione. Ergo ita subaudiri non potest. Adde quod ab uno ad alium contextum, a primo ad alterum servum prorsus dissimilem interpretari logica vetet. Adde, quod = *si può fare* = idest = *si può dare il battesimo* = infideli ebrioso, et fugienti, absolute repugnat inconcussis Theologicis principiis, pariterque repugnat, virum Apostolicum, scienter iis renuntiasse, eamdemque renunciationem sodali docto aeque, ac religioso inculcasse. Adde, Ven. Aloysium de primo Servo non scripsisse = *si può dare il battesimo* = *stia attento, quando morisse, per dargli il battesimo* = . Adde, eamdem attentionem etiam de altero Servo commisisse; unde clarius intelligitur, noluisse id subaudiri, quod ipse aperte expressurus deinde fuisset. Unde hæc quidem interpretatio contoria undequaque cognoscitur.

217 Illuc igitur revertendum, ut ex ipso contextu dubiorum verborum sensus eruatur. Hinc autem obvius ac naturalis descendit. Sive enim dubia verba conjungantur cum antecedentibus, tunc sensus est = *Il Schiavo del Signor Antonio Maniscalco non si fa cristiano che s' imbriaca ec. E questo quando morisse, si può far cristiano* ,, cum ad id solum sufficerent detestari ebrietatem, desiderare baptismum. Aut si conjungantur cum immediate sequentibus, et tunc sensus erit ,, *E questo quando morisse, si può fare atto, che già non pare atto* ,, : Quod erat eodem modo in moriente facillimum. Atque hic sensus est Catholicæ Ecclesiæ doctrnæ conformis, propereaque Apostolici Missionarii unice proprius. Hic sensus est agendi rationi, quam ipse epistolæ scriptor perpetuo retinuit, præcipue accomodatus. Ergo hic sensus, neque alius est retinendus.

ANIMAD. §. 40

218 Heroica V. S. D. fide quoad baptismi collationem adultis infidelibus faciendam tali modo asserti, veniamus ad sacramenti pœnitentiæ administrationem, in qua gravius deliquisse V. S. D. asseritur; *Animad* §. 40. Defectus autem exinde sumitur, quod ex depositionibus Testis XXX. Agrigent, et Testis LIX. Proc. Panorm. anni 1667. constet, bis saltem beneficium absolutionis contulisse duobus gravissimis peccatoribus, quin ullam eis indiceret pœnam satisfactoriam, et medecinalem, eo sub obtentu, quod genenericum satisfaciendi onus sibi sumebat.

219 Antequam ulterius progrediamur, fundamenta, quibus hæc difficultas innititur, inspicere operæ pretium existimabitur.

Testis XXX. ex adverso citata est soror Catarina Bonmattino et Ayala Monialis, quæ *Summar. num.* 27 *pag.* 531. §. 48. ita deponit „ *Un' altro caso simile successe ad una mia Compagna nello stesso Monastero detto delli Giumnari, e fu, che havendosi fatto quella una confessione generale con il detto P. La-Nuza, fece gran mutazione di vita, perchè non campava più con vita libera, e dissoluta, come haveva campato per il passato, e MI VOLEVA DIRE, che il P. La-Nuza ci aveva detto, che la penitenza dovutali per i suoi peccati l' haverla fatta il detto P. La-Nuza per lei* = Ubi notandum I. Monialem apud *P.* Aloysium La-Nuza generalem suorum peccatorum confessionem emisisse „ *avendo fatto quella una confessione generale con il detto P. LaNuza* „. Ordinario generalis confessio non unico actu expletur: et gravis peccator, sarcina omnium peccatorum ad pedes Confessarii deposita, tum demum sentit pondus, quemadmodum ægrotus morbo soluto suam experitur infirmitatem. Tunc viribus recreandis, animoque ad Deum elevando temporis cunctatione opus est. Potest igitur benigna interpretatione res intelligi, ut prima vice Ven. Confessarius se pro illa satisfacturum spoponderit, quin tamen alicujus pœnitentiæ injunctionem omiserit, cum demum absolvit. Notandum II. totum hoc testimonium non esse Monialis pœnitentis, quæ in Sacramento peccata sua aperuisset, sed Monialis deponentis, atque de alieno dicto referentis. Notandum III. non Monialem pœnitentem absolute affirmasse, Ven. Confessarium pœnam ejus peccatis debitam in se suscepisse, sed hoc Monialem deponentem induxisse „ *E MI VOLEVA DIRE, che la penitenza dovutali per li suoi peccati, l' haveria fatta il detto* P. *La-Nuza per lei* „. Ergo certe ac judicialiter hoc factum non constat, siquidem mero Testis judicio ex alterius narratione deducitur. Hoc in rerum statu etsi factum negare possimus, tamen, ut aliquid, prout æquum est, admittamus, illa epicheja uti cogimur, ut dicamus, narrationem Monialis pœnitentis eo spectasse, ut insinuaret, Ven. Aloysium suos pœnitentes in Sacramentali confessione tanta charitate suscipere consuevisse, ut ipse pro eorum peccatis pœnitentiam ageret, quemadmodum pro se gestum erat; quod non excludit, levem in in sacramento saltem ultima vice, quando absolutionem est impertitus, pœnam imposuisse. Quapropter cum æquum sit dicta Testium juvare: quumque pronum usitatumque sit, rem tali modo gestam; Ven. Aloysium in excipienda illius Monialis confessione Sacramenti integritati consuluisse, credere oportet. Tali modo primum Animadversionis fundamentum eversum est.

220 Quandoquidem vero unum Animadversioni sufficit fundamentum, hinc alium Testem adeamus. Hic est Testis LIX. Proc. Ord. Panorm. anni 1667 qui ad secundum interrogatorium *Proc. fol.* 889. deposuit „ *Io mi chiamo Mastro*

Vincenzo Pagano, sugnu di età di anni sessanta incirca, fazzu l'officio di Centurinaro ,, : deinde ad sextum interrogatorium sic prosequitur *Summar. cit. num.* 18 *pag.* 179 §. 83 *et seq.* ,, *lo pozzu raccuntari alcuni così, chi sunnu di meraviglia. La prima cosa fu, chi andandumi a confessari cu lu dittu P. La-Nuza, trovandomi in la coscienza molto imbarazzata, lu Patri mi dissi, chì iu ero già arrivato al collo dell' inferno, e dopo d' haveri intisu tutta la confessioni, non mi volsi dari la penitenza, ma mi dissi: andativinni, chi la penitenza la farò io. La seconda cosa fu, chi havendu in pri qualchi tempo seguitatu a confessarimi spissu, dipoi scappai un altra volta, e mi detti alla prattica mala con una donna, e lu servu di Diu mi vinni a trovari olla casa dell' istessa donna, e portatomi alla casa professa mi fici acchianari in una stantia, undi ora si fa la musica di la Congregazione delli Cavalieri, e misi la facci sua suttu la sola delli mie piedi, ed iu dicenduci, chi si levassi, mi dicia piangendu, in mai mi leverò di suttu li tuoi piedi finu a tantu, chi tu non ti risolvi di levariti di questi miserii, la quali azzioni talmente mi mossi lu cori, chi mi fici risolviri a mutari vita* ,, .

221 Hic ergo advertam I. non constare Ven. Aloysium Confessarium absolutionis beneficium contulisse: immo constare, non contulisse, sed audita confessione sine pœnitentia, et sine absolutione dimisisse, prout important ea Testis verba ,, *DOPO DI HAVIRI INTISU TUTTA LA CONFESSIONI, non mi volsi dari la penitenza, ma mi dissi, andativinni, chi la penitenza la farò io* ,, . Profecto, quando Confessarius accepta peccatorum expositione, pronunciat illud ,, *Andatevene* ,, nescio quid luculentius afferri possit; ut pœnitentem inabsolutum fuisse dimissum intelligatur. Neque enim absolutus pœnitens dimittitur illo verbo ,, *Andatevene* ,, . Hoc judicium plura adjuvant adjuncta. Pœnitens enim erat genere plebejus, immo ex infima plebe, professione opifex sellularius, lorea elaborans cingula, ut seipsum dicit *Centurinaro*, vir proinde summe rudis, ac mira rerum divinarum ignorantia, quo sæpe malo hujus generis homines, cum ubique, tum præsertim in Sicilia laborant. Hujusmodi hominibus, si gratia divina ad aperienda in sacramento pœnitentiæ peccata inducantur, vulgaris est illa diaboli tentatio, qui infert scrupulum integritatis, ut adimat cogitationem contritionis. Itaque metuunt, ne omnia peccata primo actu confessi fuerint, malantque inabsolutos dimitti, ut confessionis integritati satius consulant. Hoc adamussim in statu versatum cognoscimus Vincentium Pagano, qui de se ipso affirmat ,, *trovandomi io la coscienza molto imbarazzata* ,, : Unde pronum apparet, cupiisse, ut extricandæ conscientiæ tempus adhuc sibi superesset. Hoc in statu si confessione peccatorum absoluta *dopo di avere inteso tutta la confessione* ,, pœnitenti recrean-

do Confessarius pœnam peccatis illius debitam se interea daturum adpromisit, facinus heroica charitate plenum sine dubio exhibuit.

222 Aliud in ipso Confessario adjunctum considerandum. Nullam siquidem absolutionis subito concedendæ necessitatem casus præsefert, propipereaquod nec ægritudo, nec occasio Missionum, nec aliud quidquam simile memoretur: immo ipse pœnitens tempus omnino vacuum liberumque insinuat illis verbis = *andandomi a confessare col detto Padre La-Nuza* = Hic vero Confessarii præterquamquod ordinario intricatissimas conscientias uno ictu solvere non valent, animumque peccatorum inquietissimum sedare uno verbo non sufficiunt, nihil antiquius ac sanctius habent, quam ut differant, non solum ut ipsi auxilium a Deo adprecentur, quam ut pœnitentibus contra diaboli tentationem gravitatem peccatorum considerandi, doloremque concipiendi tempus relinquant. Porro sancta sancte tractare Ven. Aloysium consuevisse, non indiget probatione. His ergo duobus adjunctis, prætereaque verbis Testis in propria sua significatione assumptis, non constat, beneficium absolutionis contulisse; immo constat minime contulisse, cum Testi pœnitenti pronunciavit = *Andatevene, che la penitenza la farò io.* = Aliud quoque ex parte Confessarii addi potest adjunctum. Cum enim Ven. La-Nuza S. Franciscum Xaverium sibi proposuisset imitandum, ejus etiam monita sequutum credendum est. Id autem S. Xaverius P. Gasparri suo Vicario de peccatoribus, qui maximis sceleribus essent implicati, inculcabat. = Confessionem non continuo sequetur absolutio, » sed biduum triduumque dabitur eorum pectoribus certarum rerum meditatione præparandis, ut interim animorum maculas lacrymis, ac *voluntariis eluant pœnis*: si quid cui debent, restituant: simultatibus, si quas habent, » depositis redeant cum inimicis in gratiam, a libidinis consuetudine, cæterisque, quibus impliciti sunt, flagitiis expediantur. Hæc omnia absolutionem præcurrant rectius, » quam sequuntur. Namque istiusmodi homines in ipsa confessione promittunt se cuncta facturos: post absolutionem » fidei datæ immemores promissa irrita cadere patiuntur. » Quocirca elaborandum est, ut hi absolvendi repræsentent, quod præstare debent absoluti: = Tursellinius *vitæ lib. 6. cap.* 17. His omnibus in prima confessione, de qua amussim loquitur Vincentius Pagano, absolutionis beneficium non fuisse a Ven. Aloysio tributum, redditur exploratum.

223 Advertam II non constare Ven. Confessarium nullam maximo peccatori pœnitentiam imposuisse, immo constare imposuisse aliquam. Hujus quippe facti exitum ipse Vincentius Pagano deprædicat fuisse frequentiam Sacramentorum = *avendo io per qualche tempo seguitato a confessarmi spesso.* = Frequentiam Sacramentorum optimum esse tam

pœnale, quam medicinale remedium, ecquis ignoret? Hoc potissimum maximis peccatoribus, iisque præcipue, qui a Sacramentis sese remotos tenuerunt, necessarium et a Confessariis imponi solitum, ecquis non fateatur? Hanc igitur Sacramentorum frequentiam cum in facto teneamus, nonne credibilius redditur, fuisse a Confessario, cum absolutionem impertitus est, impositam, quam propria voluntate a pœnitente plebejo, rudi, rerumque divinarum ignaro susceptam? Hinc non constat, nullam impositam fuisse pœnitentiam, ubi impositam oculis videmus, manibusque tangimus.

224 Adverterem quoque III: objectum Testium in casu nostro deponentium illud extitisse, ut id aperirent, quod se maximam in admirationem vocaverat, prout ex toto contextu intelligitur. Hoc autem fuit, Confessarium suorum peccatorum poenam suscepisse. Quo exposito, de cæteris circumstantiis conticuerunt. Silent enim monita, quibus tam dissoluta Monialis, quam Vincentius Pagano, qui = *era arrivato al collo dell' Inferno* = ad peccatorum detestationem, ad charitatem, ad contritionem, ad spem veniæ excitarentur. Silent, Confessarium certiores fecisse poenitentes, se propter illorum fragilitatem interea satisfactionis onus suscepisse. Atqui hæc necessaria erant, ut poenitentes Sacramenti gratiam consequerentur. Silent utrum Confessarius, dum talia pro illis sponderet, absolutos, vel inabsolutos dimiserit, quod ad formalem sacramenti substantiam pertinebat.

225 In tanto silentio Testium, qui aliud in deponendo objectum sibi proposuerant, quam hoc de quo disputamus, utrum scilicet Ven. Aloysius in Sacramentorum administratione graviter deliquerit: in tanta peccatorum conversione, quam per hoc pœnitentiæ Sacramentum consequutus est, quaque Deus fidelissimi ministri sui labores, curas, studia est muneratus; quæ ad rectam Sacramentorum administrationem necessaria existunt, supplere atque intelligere cogimur, ut persuasum habeamus, Ven. Aloysium initio quidem solutionem poenæ peccatis poenitentium debitæ sibi imposuisse, nec postremo, dum Sacramentum absolveret, medicinalem satisfactionem injungere prætermisisse, etsi id necessario non exigerent præcitata Testis verba = *dopo avere inteso tutta la mia confessione mi disse: Andatevene, la penitenza la farò io.* =

226 Hæc cum ita se habeant, manifestum est, Animadversionum fundamenta corruisse. Cum enim hæc in depositionibus duorum Testium contra allegatorum tota consistant, cumque ex ipsis depositionibus tantummodo colligatur, Ven. Aloysium promisisse, se pro peccatis poenitentium satisfacturum post scelerum manifestationem, non autem post absolutionis concessionem, neque exinde excludatur, aliquam in Sacramentali confessione a Ven. Aloysio imponi

consuevisse peccatoribus poenitentiam, et maxime Sacramentorum frequentiam, dum absolutionis beneficium conferret, perperam deinde in jure contenditur, Ven. Aloysium graviter deliquisse, quod nullam prorsus quantumvis minimam poenitentibus medicinalem satisfactionem imposuerit. Quid ergo in tota facti serie remanet? Unum, scilicet reliquum onus satisfaciendi pro maximis poenitentium peccatis a Ven. Confessario fuisse susceptum. Quod quidem cum Testes contra allegati, tum coeteri profecto mirabuntur, qui considerent, hujusmodi peccatores ideo a Sacramentis, ut plurimum, abstinere, quod acerbissimas reprehensiones, gravissimasque poenitentias a Confessariis reformidant. Nostri autem poenitentes tam mitem lenemque Confessarium, ut ipse pro eis poenas lueret, præter opinionem adepti, a pessima vita resiluerunt. Itaque veram medicinam propinavit in Sacramento Ven. La-Nuza.

227 Causa quoad factum absoluta, propositas in jure quæstiones eo tantum consilio prosequemur, ut Animadversiones penitus evacuentur. Ac primo adhæremus eximio Fidei Promotori asserenti *Animad.* §. 41. integralem Sacramenti poenitentiæ partem constituere satisfactionem; duplicem poenitentiæ Sacramentalis esse naturam, vindicatoriam nimirum et medicinalem; Concilium Tridentinum statuere, ut omnes Sacramenti poenitentiæ administratores debeant, quantum spiritus et prudentia suggesserit, salutares et convenientes satisfactiones injungere. Hæc tamen omnia præcipuum rei nostræ punctum non tangunt.

ANIMAD. §. 41.

228 Etenim his juribus admissis, cum tamen ex dictis Testium contendatur, Ven. Aloysium onus satisfaciendi pro poenitentibus, nulla imposita eisdem poenitentia, sibi sumpsisse, sequeretur, illud esse quærendum, utrum Confessarius possit pro poenitente in Sacramento confessionis tam poenaliter, quam medicinaliter satisfacere? Si enim hoc admittendum, posita Confessarii satisfactione, nihil deest Sacramenti integritati.

229 Hanc quæstionem acutissime solvit S. Thomas, qui sentit, absolute posse aliquem charitate plenum poenam satisfactoriam, quatenus ipsa ad debiti solutionem ordinatur explere: posse autem non absolute, sed tantummodo secundum accidens, quatenus insequentis peccati remedium est. Scribit enim *in suppl. 3. part. quæst. 13. art. 2. in concl.* = Dicendum, quod poena satisfactoria est ad duo ordinata, scilicet ad solutionem debiti, et ad medicinam pro peccato vitando. In quantum ergo est medicina sequentis peccati, sic satisfactio unius non prodest alteri: quia ex jejunio unius caro alterius non domatur, nec ex actibus unius alius bene agere consuevit, nisi secundum accidens, in quantum scilicet aliquis per bona opera potest alteri mereri augmentum gratiæ, quæ efficacissimum remedium est ad vitandum peccatum; sed hoc est per modum

» meriti magis, quam per modum satisfactionis. Sed quan-
» tum ad solutionem debiti, unus potest pro alio satisfa-
» cere, dummodo sit in charitate, ut opera ejus satisfacto-
» ria esse possint. Nec oportet, ut major poena imponatur
» ei, qui pro altero satisficit, quam principali imponere-
» tur, ut quidam dicunt hac ratione moti, quod poena
» propria magis satisfaciat, quam aliena: quia poena ma-
» xime habet vim satisfaciendi ratione charitatis, qua homo
» ipsam sustinet: Et quia major charitas apparet in hoc,
» quod aliquis pro altero satisfacit, quam si ipse satisfa-
» ceret, ideo minus poena requiritur in eo, qui pro alio
» satisfacit, quam in principali requireretur. Unde dicitur
» in vitis Patrum, quod propter charitatem unius, qui al-
» terius fratris sui charitate ductus poenitentiam fecerit pro
» peccato, quod non commiserat, alteri peccatum quod
» commiserat dimissum est. Nec etiam exigitur quantum
» ad solutionem debiti, quod ille, pro quo fit satisfactio,
» sit impotens ad satisfaciendum; quia etiamsi esset potens,
» alio satisfaciente pro ipso, ipse a debito immunis esset:
» sed hoc requiritur, in quantum poena satisfactoria est in
» remedium: unde non est permittendum, quod aliquis
» pro alio poenitentiam agat, nisi defectus aliquis appareat
» in poenitente vel corporalis, per quem sit impotens ad
» sustinendum, vel spiritualis, per quem non sit promptus
» ad portandam poenam. = Potest igitur ex Angelico Do-
ctore quicumque in charitate constitutus satisfacere pro alio
absolute quoad solutionem debiti, et secundum accidens
ad medicinam pro peccato vitando: quidni Confessarius?

230 Jam vero, cum ex Concilio Tridentino debeant Sacerdotes Domini pro criminum qualitate pœnitentias injungere; gravissimo peccatori, qui *era già arrivato al collo dell'inferno*, plurimas orationes, longa jejunia, acerbas corporis cruciationes, aliaque hujusmodi Ven. Aloysius imponere debuisset. Nemo autem non videt, operarium talia sustinere non potuisse. Et quamvis gravissimi peccatores primo fervore correpti se ad omnia paratos exhibeant, experientia tamen docet, longas durasque pœnitentias fastidire, abjicere, seque deinde magis remotos a Sacramentis tenere. Duplicem hunc defectum in Vincentio Pagano potissimum considerans Ven. Aloysius satisfactionem pro illo suscepit, ut per sua opera peccatori maximo ad gratiam nuper renato mereretur augmentum gratiæ, quæ efficacissimum remedium est ad vitandum peccatum. Tali ratione erga pœnitentes aliquando usus Ven. Aloysius sic se gessit, quemadmodum mater amantissima erga neonatum infantem naturali morbo gravatum: ipsa enim medicinam sumit, cujus virtutem ab uberibus suis sugens infans ad valetudinem restituitur. Sic Apostolorum Princeps *epist.* 1. *cap.* 2. *vers.* 2. primis fidelibus commendabat = *Sicut modo geniti infantes lac concupiscite* = sic Apostolus 1.ª *Cor. cap.* 3. *vers.* 1. *et* 2. scribe-

bat = *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tamquam parvulis in Christo. Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poterotis* =. Quod igitur Apostoli neonatis ad fidem; quod matres neonatis ad vitam; id Ven. La-Nuza præstitit neonatis ad gratiam, non ut escam durumque panem præberet, sed ut pœnam ipsis debitam in se assumendo lac ab uberibus charitatis suæ per bona sua opera ministraret, ut augmentum gratiæ promererentur, et in posterum peccata vitarent. Atque ita factum est, non secus ac in vitis Patrum legi S. Thomas memorabat. Namque de Moniali assertum legimus = *fece una gran mutazione di vita, perchè non campava più con vita libera, e dissoluta, come aveva campoto per il passato* =: Vincentius autem Pagano de se ipso fatetur = *avendo io per qualche tempo seguitato e confessarmi spesso* =. Sic satisfactio a Ven. Aloysio assumpta fuit secundum accidens peccati remedium, quæ absolute ad debiti solutionem erat ordinata.

231 Videant ergo AA. suffragatores quo res tandem deducta sit, ut S. Thomæ doctrina probetur, Ven. Aloysium pro suis pœnitentibus satisfaciendo integralem posuisse sacramenti partem. Hujusmodi tamen defensione parce utar. Magis enim arridet adhærere Testium dictis, ex quibus sicut clare patet, Ven. Confessarium post primam admissorum manifestationem onus pro pœnitentibus satisfaciendi assumpsisse, ita non constat omisisse injungere satisfactionem in conferendo absolutionis beneficio, immo eruitur frequentiam sacramentorum imposuisse. Hanc defensionem eo libentius suscipio, quod in prima responsione §§. 206. 208. indicata nullam deinde exceptionem in Novis ac in Novissimis Animadversionibus invenit. Argumentum igitur nondum rejectum, nunc, cum explicatius in suis adjunctis exhibetur, multo magis admittendum confido. Neque tamen a reliquarum Animadversionum refutatione abstinendum.

232 In prima et secunda defensione dictum est, nonnullos casus occurrere, quibus excusatur Confessarius, si levissimam, vel etiam nullam, imponat pœnitentiam, eoque pacto obstaculum non parari Ven. Aloysio La-Nuza, si pro pœnitentibus satisfacturum se adpromisit. Contra hoc argumentum validissime nunc insurgunt Animadversiones: quæ quo commodius exsolvantur, oportet, ut eam sententiam a multis Theologis assertam, gravibusque auctoritatibus innixam demonstrem. Quum enim Confessarium probabili sententia usum cognoscemus, amplius damnare haud poterimus.

233 Concilium Tridentinum hæc habet *sess.* 14. *de poenit. cap.* 8. = *Debent ergo Sacerdotes Domini*, QUANTUM SPIRITUS ET PRUDENTIA SUGGESSERIT, *pro qualitate criminum, et poenitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones injungere, ne, si forte peccatis conniveant, et indulgentius cum poenitentibus agant levissima quædam*

opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam et medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam et castigationem =. Unde sequitur, ut, si spiritus et prudentia confessario aliquando suggerat, pœnitentem esse vere contritum, nullam imponere possit satisfactionem, propterea quod in illo dignoscatur superiorum criminum vindicta, neque obdurationis in peccatore, neque participationis alienorum peccatorum in confessario metus consistere valeat.

234 Hoc sensu in Rituali Romano *de Sacram. Poenit.* scriptum legimus = *Postremo Confessarius salutarem et convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesserit, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, aetatis, et DISPOSITIONIS* = quæ in cordis contritione fundatur. Hoc sensu S. Carolus Borrhomæus sic præscripsit *in instruct. Confess. apud Concinam pag.* 346. = *Canonum poenitentias, ut tempora ferunt, pro charitate et prudentia sua minuat, prout peccatorum circumstantiæ requirent, in quibus rationem habebit contritionis.* =

235 Theologicam vero ejus rei rationem alii scriptores clarius produnt. Reginaldi hæc sunt verba *For. Poenitential. lib.* 7. *de Sacram. satisfact. cap.* 1. *sect.* 1. *num.* 3. » Addit idem » (Cajetanus *in tom.* 1. *opuscul. tract.* 4. *quæst.* 4.) per » contritionem minui hujusmodi pœnam, quia in homine » viatore contritio, quatenus pœnalis a charitate procedens » satisfactoria est: ita ut duo hæc sint certa: nempe, quanto » major est contritio, tanto plus tolli de pœna temporali » debita peccato: deinde posse contritionem tantam » esse, UT TOTAM EAMDEM POENAM TOLLAT: non » quidem vi sua, quod dicere Pelagianum esset, sed virtute » meritorum Christi, quibus nostræ satisfactiones niti » debent, ut sufficientiam aliquam habeant, prout constat » *ex Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 8. Item per sacramentum » pœnitentiæ eamdem pœnam aliqua ex parte tolli idem » auctor ex eo confirmat, quod susceptione Sacramenti » Passionis Christi meritum pœnæ peccatis nostris debitæ » remissivum applicetur membris ejusdem Christi per charitatem » ei unitis. « Et paulo inferius subdit *ibid. cap.* 2. *num.* 11. « Confessarium regulariter teneri satisfactionem » pœnitenti imponere, patet tum auctoritate Concilii Tridentini » etc. tum ratione etc. Dixi regulariter propter duos » casus in quibus Confessarius potest NULLAM SATISFACTIONEM » pœnitenti imponere. Prior est quando pœnitens » nullam omnino implere potest, quod raro contingit, » ut interdum in mortis articulo. Posterior casus est, » quando Confessarius ex Pœnitentis confessione, et ex aliis » indiciis intelligit, ipsum sufficienter satisfecisse pœnæ » debitæ suis peccatis, quia sicut æquitas judicii postulat,

„ ut puniatur qui debet, ita etiam ut liberetur, qui jam „ solvit: sicque non est de æquitate judicii, ut satisfactio „ imponatur ei, qui jam sufficienter satisfecisse intelligi- „ tur. « Porro nulla justior pœnæ peccatis debitæ satisfactio, quam contritio, quæ, ut Reginaldus cum Cajetano asserebat, eamdem pœnam tollit.

236 Consonat Bonacina *de Poenit. disp.* 3. *quæst.* 5. *sect.* 3. *punct.* 2. *num.* 1. *et* 2. « Confessarium teneri sub mortali pœnitentiam injungere, per se loquendo, alioquin peccaret contra proprium officium in re gravi. Observa tamen aliquos „ casus excipi, in quibus Sacerdos EXCUSATUR AB INJUNGENDA POENITENTIA. Primus casus est, quando „ pœnitens est ita proximus morti, ut nihil percipiat, tunc „ enim impendenda est absolutio absque satisfactione. Secundus casus est, quando scrupulosus intra eamdem horam frequenter accedit ad Confessarium aliquid novi semper confitens etc. Tertius casus est, quando Confessarius „ ex signis advertit, pœnitentem cum tanto dolore ad pœnitentiæ sacramentum accedere, ut credat ipsum integre „ Deo satisfecisse. Ratio est, quia, qui jam integre satisfecit, non videtur obligandus ad novam satisfactionem. «

237 Cohæret Suárez *disp.* 33. *sect.* 3. « Interdum potest Confessor absolvere, NULLA IMPOSITA SATISFACTIONE. „ Duplex autem est casus, primo quando pœnitens est impotens etc. Secundo quando Confessor ex ipsa confessione, et ex materia, et signis ejus intelligit pœnitentem „ integre satisfecisse pro peccatis suis. Estque clara ratio, „ quia sicut æquitas judicii postulat, ut puniatur debitor, „ ita ut absolvatur qui jam solvit: unde non est de integritate judicii, ut imponatur pœna, sed tunc solum, „ quando adhuc intelligitur durare reatus. Denique per contritionem ipsam, et per confessionem homo satisfacit, „ unde si interdum illa satisfactio æqualis sit, non est alia „ necessaria. «

238 Ne infinitus sim, prætermittam Card. de Lugo *dub.* 23. *sect.* 4. *num.* 48. Navarrum *cap.* 26. *num.* 21, *et* 51. Busembaum *lib.* 6. *tract.* 4. *cap.* 1. *dub.* 4. *art.* 1. aliosque, ut claudam cum S. Alphonso de Ligorio *lib.* 4. *tract.* 4. *de Sacram. Poenit. cap.* 1. *dub.* 4. *art.* 1. *num.* 507. ubi quærens = *quibus in casibus imponi possit levis poenitentia?* respondet = *Excusatur aliquando Confessarius, si levissimam (vel etiam nullam) poenitentiam injungat, v. g.* 1. *si poenitentem vehementissime contritum, aut aliter satisfecisse advertat etc.* =

239 Quæ cum ita sint, Ven. Aloysius esset excusandus, si ex confessione, ex materia, ex signis duos pœnitentes, de quibus agitur, vere contritos intellexisset. At nos rem longe gravioris momenti demonstravimus *Resp. ad Nov. Animad.* §. 151. 152. hoc est, Ven. Aloysium La-Nuza, dum peccatorum confessiones audiret, intima cordis adyta tam bene fuisse scrutatum, ut suis pœnitentibus non peccata solum,

sed etiam complices, et tempus, aliasque circumstantias aperiret: præterea tam peculiari dono fuisse ditatum, ut pœnitentes ad lacrimas melioresque mores impelleret. Itaque in duobus illis pœnitentibus non solum intellexit, sed eam, quam ipse excitare sategerat, cordis contritionem est intuitus.

240 Quid tamen plura? Nonne ipsi hujusmodi dispositionem aspicimus? Etenim de moniali scimus = *che avendosi fatta una confessione generale con il detto P. La-Nuza fece gran mutazione di vita non campando più vita libera, e dissoluta come aveva campato per il passato* » Immo gravius aliquid de hac moniali Agrigentina acta perhibent: nam in objecto Summarii loco *pag.* 332: §. 49. contextus prosequitur » occorse, passato qualche tempo, che la detta » Monaca perchè aveva la sopraintendenza della farina, » ebbe che dire con altra Monaca, e ci si disgustò, e il » P. La-Nuza ci scrisse da Palermo una lettera, nella qua- » le la riprendeva della xarra fatta con quella Monaca di- » cendoci queste parole nella lettera: *Io perchè mi ho ad-* » *dossato di pagare li vostri peccati sto ammalato disteso* » *in un letto pagando par voi, e pure voi vi disgustate con* » *la vostra sorella per un piatto di farina*: la qual lette- » tera fece stupire ognuno che la intese, tenendo tutti det- » to P. La-Nuza per un Santo, il quale sapeva le cose da » lontano! Unde colligimus, Monialem non solum in illo actu fuisse dispositam, sed etiam V. S. D. charitatem adeo extitisse efficacem, ut in reliquum quoque tempus esset medicinalis: cui accedit, quod ea charitas tam evidenti superno dono commendata, Deo grata dignoscatur. Vincentius autem Pagano de se ipso testatur » *avendo io per qualche tempo seguitato a confessarmi spesso*. Exitus acta probat.

241 Theologicam igitur in se habet excusationem Ven. Aloysius La-Nuza, si nullam aliquando suis poenitentibus satisfactionem imposuit, ne frequentiam quidem sacramentorum, quod reapse videtur esse contra factum. Rarissimum autem heroicae charitatis actum exhibuit, si, quemadmodum facta et dicta Testium ostendunt, audita peccatorum confessione, totum satisfaciendi pro poenitentium peccatis onus in se suscepit, non solum ut Deo solveret illorum debitum, sed etiam ut illi per sua opera bona augmentum gratiæ promererentur, quo gratiæ adjumento ad absolutionem postea recipiendam melius disponerentur. Namque ita prorsus se rem habuisse, acta et disputata evincunt.

ANIMAD. §. 42.

242 Rebus ad istam evidentiam perductis, quid contra jura hactenus exposita arguant Animadversiones, audiamus. Tuentur imprimis *Anim.* §. 42. immerito nos in auxilium nostræ sententiæ, qua affirmabamus, nullam pœnitenti vere contrito imponi posse poenitentiam, immerito, inquam, nos vocare S. Alphonsum de Ligorio, qui etsi illud scripserit intra parenthesim (quasi quæ scripta sunt intra pa-

rentheeim, sint delenda) tamen descendit in communiorem
« Theologorum sententiam, debere Confessarium, ut tutius procedat, levem aliquam poenitentiam iisdem imponere. Recitabimus ejusdem verba » Excusatur aliquando Confessarius, si levissimam (vel etiam nullam) poenitentiam injugat v. g. I. si poenitentem vehementissime contritum, aut aliter satisfecisse advertat. Caj. Nav. Suar. Reg. Bon. *de poenit: d.* 3. *qu.* 5. *sect:* 3. *p.* 4. *n.* 1. *et* 2. Cum vero raro vel nunquam constare satis possit, tutius est (immo necessarium ex Salm. n. 22. cum Pal. et Con.) aliquam semper injungere. „
Sententia Theologorum, qui docent, debere Confessarios poenitentiam injungere, est non solum communior, sed communissima. Attamen nec pauci, nec leves Theologi, quos inter idem S. Alphonsus de Ligorio, tradunt, poenitentibus vehementer contritis posse nullam imponi. In eo autem, quod hic Sanctus addit, tutius ac necessarium esse aliquam injungere, attendenda est ratio, quia scilicet *de poenitentium contritione raro, vel numquam constare satis potest.* Quando vero apertam poenitentis conscientiam Confessarius intueri ex signis existimat, quando vehemens cordis contritio ex pessimæ vitæ mutatione realiter in oculos insilit, ea ratio cessat, et in judicio præjudicare ob sequutum effectum non valet. Coeterum ut tutius ageret, quam non imposuit, sibi sumpsit poenam.

243 At enim supposita poenitentium contritioni resistit imprimis V. S. D. judicium. In casu enim utroque cum satisfacturum se pro peccatis spoponderit, et judicavit, et confessus est, neutrum ex poenitentibus hisce in circumstantiis versari, ut in sensu ipso Ecclesiæ nulla essent pæna multandi. Resistit secundo loco id quod Vincentius Pagano de seipso refert = *avendo io per qualche tempo seguitato a confessarmi spesso, dipoi scappai un' altra volta alla pratica mala con una donna.* Is ergo dicendus vehementissima contritione commotus qui post perectam confessionem parum in sancto proposito perseveraverit, qui ad vomitum rediit, et pejora patravit? Hæc, et in hunc sensum similia habet Animadversio, ut hunc Vincentium Pagano hypocritam appellet: *Animad. cit.* §. 42.

244 Verum in utroque casu Ven. Aloysius quamquam aut superno lumine videre, aut signis intelligere valuerit, duos poenitentes esse contritos, potuit tamen non probe cognoscere, et dubitare, utrum tanta esset contritio, quæ apud Deum pro tot tamque gravibus peccatis sufficeret. Ideo tutiorem partem sequutus, se pro illis satisfacturum promisit, non solum ut debitum solveret, si superesset; sed etiam ut majus gratiæ pondus per sua bona opera poenitentes promererentur, quo magis a peccatis averterentur. Remque ita Theologice explicamus in falso illo Animadversionis supposito, quod Ven. La-Nuza satisfactionem poenitentium sibi susceperit, quum absolutionis beneficium

impertiretur. In facto autem quum ex propria verborum Testium significatione id minime eruatur, Animadversio aerem verberat.

245 In casu autem Vincentii Pagano praeclarissimus Censor videri posset alio falso supposito laborare, scilicet hominem vere contritum taliter in poenitentiæ Sacramento justificari, ut nequeat in posterum in peccata relabi. Sed hoc suppositum a Concilio Tridentino etiam post relata Zachaei, Sauli, Magdalenæ exempla damnatum *Sess. 6. cap. 14. can. 23.* ut abjiciamus, ultro credimus Vincentium Pagano potuisse sine portento, sed gratiæ divinæ auxilio veram contritionem in Sacramentali confessione concipere, quam revera exhibuit Sacramentorum frequentia = *per qualche tempo seguitai a confessarmi spesso* = potuisse pariter ex liberi arbitrii electione ad vomitum redire = *poi mi detti alla pratica mala con una donna* =. Neque tamen concedimus, hanc simplicem fornicationem esse peccatum iis gravius quae prius evomuerat, quibusque = *era arrivato al collo dell'inferno* =. Profitemur etiam nos in §. 153. secundæ responsionis nullo artificio exposuisse verba Testis, quemadmodum extant *Sum. num.* 18. *pag.* 179. §. 83. unde illa verba = *ab hac vitæ mutatione, et sacramentorum frequentia* = referri tantum debent ad primam vitæ mutationem, de qua semper egimus.

246 Uno verbo; exploratum est, Vincentium Pagano post confessionem sacramentorum frequentia exhibuisse vitæ mutationem. Id aut sua voluntate, aut Confessarii præcepto præstitit. Si primum dicas, expressum contritionis signum hoc in judicio tenemus, si alterum, satisfactionis injunctionem perspicimus. Quodvis eligas difficultas in ipso Animadversionis sensu evanescit.

247 Item in prima et secunda Responsione huic rei magis adjuvandæ additum fuerat, Ven. Aloysium aliquam satisfactionem imposuisse generatim injungendo omnia opera bona, quæ facturi essent sub illa formula = *quidquid boni feceris, et mali substinueris* =. Contra nunc arguitur, hanc sententiam esse probabilem, et sequi oportere tutiorem ex propositione a Ven: Innocentio XI, damnata; non probari expressam V. S. D. voluntatem hac probabili sententia utendi; neque hujus voluntatis manifestationem rudibus poenitentibus necessario faciendam demonstrari: *Animad.* §. 43.

ANIMAD. §. 43

248 Respondeo primo sententiam, de qua est quæstio, a S. Alphonso ex S. Thoma vocari probabiliorem et communiorem uti videre est. *Resp. ad Nov. Animad. pag.* 72. §. 159. Non hæc igitur est propositio a Ven: Innocentio XI. damnata. Nam, quæ ab Animadversione innuitur, est fortasse Propositio I. his verbis concepta = *Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore.* Hic agitur de valore sacramenti, in nostra sententia de integrali sacramenti parte, cujus de-

fectus vel in purgatorio suppletur. Neque sententiam damnatam ausus esset dicere probabiliorem et communiorem S. Alphonsus. Quod igitur sententiam communiorem secutus fuerit, non est defectui Ven. Confessario vertendum. Præterquamquod sæculo, et amplius a morte V. S. D. elapso eam propositionem Ven. Innocentius XI. damnavit.

249 Respondeo secundo, hanc adamussim me expectasse Animadversionem. Si enim ex Animadversione, quia a Testibus non habetur expressa, non probatur V. S. D. voluntas hac utendi probabili sententia, neque hujus voluntatis manifestatio rudibus et latinæ linguæ ignaris poenitentibus necessario facienda: cum pariter non habeatur expressa absolutionis collatio, neque ea probatur, neque est admittenda. Exclusa autem sacramentalis absolutionis collatione, quia non probatur, hoc est, quia de ea non constat, uti diximus, et modo convenit Animadversio, litem absolvimus.

250 Sed ego sic existimo, absolutionis concessionem non posse quidem probari, bene vero V. S. D. voluntatem, necessariamque illius manifestationem. Quoad primum, Monialis ex alieno dicto referens = *mi voleva dire che il P. La-Nuza ci aveva detto, che la penitenza dovutali per li peccati l' haveria fatta il detto P. La-Nuza per lei* = hac simplici sua suppositione nihil relevat. At Vincentius Pagano deponens = *Dopo di avere inteso tutta la confessione, non mi volse dare la penitenza, ma mi disse andatevene, che la penitenza la farò io* = expresse negat ad absolutionem fuisse deventum, expresse affirmat inabsolutum dimissum.

251 Quoad secundum dico, Ven. Confessarium, dum ea verba proferret = *quidquid boni feceris, et mali sustinueris* = certo certius intellexisse, atque etiam ad ea attendisse. Hoc posito non aliam illa proferendo habere potuit voluntatem, nisi eam quam habet Ecclesia, ut nimirum omnia poenitentium bona opera ad sacramentalis satisfactionis effectum eleventur. En expressa Ven. S. D. voluntas. Insuper ostendimus *Resp. ad Nov. Animad.* 152. Ven. Aloysium ad lacrymas bonosque mores suos poenitentes induxisse. Unde hoc assequebatur? Profecto non simplici absolutione, sed monitionibus, hortationibusque. Ergo necessaria suggerere non omittebat. Compertum est, Monialem, et Vincentium Pagano mutasse vitam. En necessario facta voluntatis V. S. D. manifestatio.

252 In hoc sensu, quod Ven. La-Nuza duobus hisce pœnitentibus pro satisfactione injunxerit bona posterius facienda, et mala patienter sustinenda, usque eo retinendum est, ab obligatione alterius operis injungendi Confessarium fuisse solutum, donec probetur eam satisfactionem non esse salutarem et convenientem. Certe Concilium Tridentinum docuit *sess. 14. de pœnit: cap. 9.* „ *tantam esse divinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis sponte a nobis*

pro vindicando peccato susceptis (quæ sunt nostra bona opera) , *aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis* , *sed etiam* , *quod maximum amoris argumentum est* , *temporalibus flagellis ab eo inflictis* , *et a nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per ipsum Christum satisfacere valeamus* ,,. Multo autem magis si hæc ad sacramentalis satisfactionis virtutem a Confessario eleventur , et necessaria monitio non prætereatur. Si enim ex Testium silentio absolutio supplenda est , multo magis necessaria monitio. Quare aut quæ utrimque supplentur admittenda ; aut in sola verborum a Testibus prolatorum significatione consistendum. Utroque modo heroica Ven. S. D. charitas triumphat.

253 Arguit præterea R. P. fidei Promotor *Animad.* §. 44. ex percommoda interpretatione verborum ,, *non mi volse dare la penitenza* ,, patronos inducere *levem* pænitentiam , haud vero *nullam* fuisse impositam , neminemque ex Patribus vidisse , quid hanc interpretationem juvet. Primus Patronus, qui hanc protulit interpretationem , se juvabat exemplo S. Francisci Xaverii , qui perditissimum militem in sacramento pœnitentiæ audiens semel tantum Pater et Ave orare jussit , se de cætero pro illo sactisfacturum Deo , ut scribit Tursellinius in ejusdem Sancti vita *lib.* 3. *cap.* 15. Exinde patronus ille ajebat ,, se pro certo habere , pœnitentem illum Xaverii , si eo de facto testari debuisset , perinde atque hunc (Vincentium Pagano) fuisse dicturum , omnem sibi pœnam fuisse remissam , omnem ab ipso Xaverio persolutam. Nimirum leviores hasce pœnitentias , etsi salubriores interdum , quibus non affligitur corpus , qui se gravissimas commeritos sciunt, si præsertim rudes et imperiti sint, pro nullis habent, aut certe de iis ita loquuntur, ac si pœnitentiæ non essent ,,. Hanc ego rationem omisi, neque in casu nostro aliud modo adverteudum , nisi quod Testis ad sextum interrogatorium requisitus ; an Ven. S. D. umquam novisset , reposuit ,, *Io conoscivi allu P. Luigi La - Nuza ec. et lu pozzu raccuntari alcuni cosi* , *chi sunnu di meraviglia* ,, hisque auditis dimissus est *Proc. fol.* 889. Hoc itaque , quod præcipuum erat suæ depositionis objectum , exposito , Testis nec quidquam silentio præteriit , nec quidquam negavit , deque aliis circumstantiis a nemine interrogatus abiit , unde religionis sacramentum non violavit. Itaque de priore illa ratione nihil sollicitus ipse S. Francisci Xaverii exemplum in secunda responsione mutuatus §. 164 : monebam , ut , *si medicinalis poenitentiæ* , et *criminum qualitatis* ratio habenda sit , unum Pater et Ave vix considerationem in pessimo peccatore mereatur.

ANIMAD. §. 44

254 Huic meæ rationi sic refragatur Animadversio: etsi levissima satisfactio fuerit , semper ea est, quæ consuleret Sacramenti integritati , quam ad tuendam Xaverius imponeret , et pœnitens exequeretur. Accedit peculiaria prorsus rerum temporisque adjuncta deesse , unde levitatis pœnitentiæ ratio

desumatur, quum nec processus actus afferantur, et res tota nitatur fidei unius ex scriptoribus vitæ S. Francisci Xaverii, qui cæteroquin refert aliúm subsequutum fuisse effectum, ac illum, qui in Vincentio Pagano succesit. *Animad. cit.* §. 44. *fin.*

255 Si Sacramenti integritati consulebat levissima satisfactio, non tamen respondebat Tridentinæ Synodi sanctioni, ut pro qualitate criminum pœnitentiæ injungantur, ne si forte peccatis Sacerdotes Dei conniveant, et indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo alienorum peccatorum participes efficiantur. Non erat igitur unica dominicæ orationis recitatio sacramenti integritas a SS. Concilio requisita, neque pœnalis, ac medicinalis satisfactio tot tantisque sceleribus accomodata, neque per eam perditus miles aut doluit, aut anteactam vitam horruit. Quod militem pœnitentem commovit, fuit satisfactio a S.Confessario suscepta, ut ibidem prosequitur idem auctor: „ *Protinus milite relicto, se in proximum insinuat saltum. Ibi nudato corpore tergum aculeato flagello acriter pulsare, nec finis aut modus verberibus fieri. Interim miles imperata prece perfunctus Patris vestigia sequens devenit ad silvam, et plagarum crepitus eum ad Francisci latebram perduxit. Qui ut horribile illud flagrum, cruentumque ac lacerum tergum aspexit, primo stupore defixus hæsit; inde obortis lacrymis in medium prosiliens ad Xaverii genua prosternit se, nec surgit prius, quam ille aliena peccata suo luere supplicio desinat. Nec irritum Xaverii inceptum fuit. Hæc inusitata species militis pectus jam confessione mollitum usque adeo flexit ad studium poenitentiæ, ut omnes anteactæ vitæ maculas ipsemet deinde voluntariis elueret poenis, et recte factis delicta sarciret* „. Hinc Sacramenti integritatem, hinc pœnam, hinc medicinam sumamus oportet. Hinc etiam ex casu simillimo arripienda V. S. D. Aloysii La-Nuza defensio, qui satisfactionem Xaverii exemplo sibi imponens duos maximos peccatores Deo conciliavit.

256 Neque similia rerum temporisque adjuncta desunt. Hic enim defectus secundum Animadversionem exinde eruitur, quod præcitatum S.Francisci Xaverii factum a vitæ scriptore, non ex processibus eruatur. Verum, hujusmodi processibus deperditis, non unus, sed quotquot S. Francisci Xaverii res gestas memoriæ mandarunt, ejus tam celebris facti meminerunt, imprimisque P. Maffei *lib. 2 cap. 14 pag.* 193. Qui quidem in præfatione scribit „ *Oltre agli scrittori citati ho cavato non poco dai que' due preziosi volumi dell' epistole del Santo, e sopratutto ho letto più volte con particolar riflessione i processi originali, che si conservano ne nostri Archivj di Roma: onde se voi qui troverete cosa alcuna di più, che non trovate altrove, siate pur certo, che tutto si contiene ne' sopradetti processi* „. Quin igitur hoc quoque factum in processibus contineatur, dubitare non possumus:

neque scriptoribus fide dignissimis, atque in hoc facto asserendo concordibus auctoritas minuenda.

257 Itaque similes causæ similes effectus pepererunt, ut tam militem, quam Vincentium Pagano peccatorum pœnituerit. Quod si hic postea ad vomitum rediit, id liberi arbitrii abusui prorsus tribuendum, qui abusus nova Ven. Aloysii charitate sublatus est.

258 Unum tantum inter utrumque casum video discrimen, quod de Xaverio Tursellinius collatum absolutionis beneficium expresse memoret ibidem scribens = *Qua tandem peracta* (confessione) *Franciscus eum absolvens Pater, et Ave semel orare jussit, se de cœtero pro illo satisfacturum Deo* =. At Vincentius Pagano testimonium de se ipso referens absolutionem ne a longe quidem innuit. Hac ergo de causa quod inabsolutum dimisit, vel dominicæ orationis recitationem Ven. La-Nuza præteriit.

ANIMAD. §. 45

259 Tandem profitetur Animadversio §. 45. Patronos magnopere exultare in quodam argumento, quod in prima responsione tractatum, deinde fuit omnino prætermissum. Qua ratione fuerit tractatum videre est *pag.* 115. *a* §. 210. *ad* §. 214. *Primæ Respons*. Hodie nobis sat est, sacramenti substantiæ defuisse formam, ut pars etiam integralis deesse omnino potuerit. Quamvis hanc non defuisse asserendum, quando constat Confessarium in se suscepisse, et quando Confessarius tam quoad medicinam, quam relate ad pœnam potuit satisfacere, uti supra cum S. Thoma ostendimus, et Xaverii exemplum, qui sui corporis castigatione veram pœnitenti medicinam propinavit, perbelle confirmat.

260 Obiter nonnulla defendimus, ac primo potuisse Ven. Confessarium generice adpromittere, se pro pœnitente satisfacturum. Nam pœnitentiæ sive impositio sive exequutio a Confessarii voluntate dependet: ita ut, si Confessarius octo diebus angelicæ salutationis recitationem præcipiat, eo modo satisfactio sit executioni mandanda. Eam ob causam pœnæ qualitas, quantitas, modus est pœnitenti necessario aperiendus. Quum vero Confessarius satisfacit pro pœnitente, hanc necessitatem exulare nemo non agnoscit: et plus etiam, quam suarum virium imbecillitas patiatur, suæque artis exercitium sinat, a Confessario vel oratione, vel jejunio, vel eleemosina satisfieri, pœnitenti est persuasum. Ea siquidem ratione, quam S. Thomas in medium posuit, Confessarius charitate præditus per bona sua opera, quæcumque ea sint, quæque ad triplex illud genus referuntur, debitum solvit, et augmentum gratiæ pœnitenti promeretur. Aliam quoque rationem suppeditat Suarez, dum sentit, posse a Confessario genericam, puta bona opera, pœnitentiam injungi = *Si peccatum in communi* (scribit disp. 38. sect. 6. num. 6.) *potest esse materia hujus Sacramenti, cur non etiam satisfactio in communi*? Si genericam, subjungo, potest imponere Confessarius, cur non

sibi sumere? At mihi quidem videtur, Confessarium generico isto modo haud quidquam adimere sacramento, sed suæ humilitati satius prospicere.

261 Defendam deinde, ratihabitionem in eo præsertim, qui lotus in volutabro luti maximum suscepisse debitum sentit, gravissimarumque metu pœnarum ad pœnitentiæ ministrum accedere formidat, cum eumdem ministrum audit, illum pro se satisfacturum Deo, esse naturalem, et plus etiam dicerem quam spontaneam; neque ignorantia quantitatis pœnæ a confessario suscipiendæ hanc spontaneitatem retardari.

262 Defendam præterea, non solum omnes Theologos, ut contra admittitur, sed luculentius S. Thomam in libro primo supplementi, ubi adamussim agit *de partibus poenitentiæ in speciali*, expresse docuisse, posse alium pro alio pœnam satisfactoriam, quatenus ipsa ad debiti satisfactionem ordinatur, explere. Hinc nullum invenit locum neque illa distinctio, ut hoc principium admittatur in liberis et accidentalibus, non autem in personalibus onerosis, qualis est satisfactio a Confessario indicta: neque pariter propositio 15. ab Alexandro VII. damnata » *Poenitens propria auctoritate substituere sibi potest alium, qui loco ipsius poenitentiam adimpleat* ». Etenim in casu nostro inter Pœnitentem et Confessarium in Sacramenti administratione res geritur, utroque in idem consentiente. Immo vero hoc proprium casus noster babet, ut Confessarius, explicatis a pœnitente peccatis, antequam absolutionis beneficium conferret, se pro illo satisfacturum Deo spoponderit, tam ut majus extricandæ conscientiæ commodum pœnitenti superesset, quam ut Confessarius illius exiguitati solutionem debiti suppleret, et augmentum gratiæ ad contritionem propositumque promereretur; quod nonnisi heroicæ charitati tribuendum.

263 Postremo eximius Fidei Promotor *Animad.* §. 45. fatetur, Patronos ex Benedicto XIV. indicia congessisse, quibus pateret, V.S.D. peculiari quodam Spiritus Sancti afflatu utroque in casu se gessisse: ait displicuisse Patribus præproperum hoc ad supernaturalia dona diffugium: addit non sufficienter demonstrari, V. S. D. in casu spirituum discretione fuisse ditatum ex eo, quod alter pœnitens brevi in peccata graviora fuerit relapsus: concludit, solere Deum in insolitis casibus insolita quadam ratione homines monere: neque enim Deus est, qui absque consilio operetur.

ANIMAD. §. 45.

264 Divinum instinctum prior Patronus *resp.* §. 114. indigitavit; ipse autem *resp. ad Nov. Anim.* §. 156. auctoritate Benedicti XIV. communivi. Namque *lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 20. *per tot.* exemplis a Veteri, et Novo Testamento deductis, summus ille Pontifex probat, singulares atque extraordinarios casus, quales sunt ii, de quibus agimus, a speciali Dei impulsu provenire; si nonnulla concurrant indi-

cia, *quorum primus est, si ex reliquo vitæ cursu constet, Dei Servum excellenti prorsus sanctitate fuisse illustrem: item si ex eodem vitæ cursu habeatur, omnia adversa, quæ sibi contigerunt, patientissime tolerasse etc. si pacem et tranquillitatem post actionem insolitam, et inusitatam Dei Servus habuerit etc. si aliquid supra naturæ vires contigerit, et insolitæ actioni fuerit superadditum etc. quibus addi potest ipsa operis insoliti felicitas, sive bonus effectus inde consequutus* =. Præterquamquod Summus Pontifex hæc tradit in libro tertio, ubi non de miraculis verum de virtutibus fuso calamo agit, ut indigitetur in disputatione virtutum ad dona supernaturalia divinumque instinctum posse confugi, hoc tamen luculentius declarat in ipso *capite* 41. *num.* 20., quem hic allegavimus, in quo habet = *quod attinet ad rem nostram, quæstio reduci potest ad res insolitas, et a communi usu remotas, quæ aliquando occurrunt IN EXAMINE VIRTUTUM SERVORUM DEI* =. Non est igitur absonum in virtutum examine regulas a Benedicto XIV. apposite traditas adhibere. Neque pariter præproperum ad supernaturalia dona diffugium. Utquid enim, cum agendum est de heroicis Servorum Dei Virtutibus, a defensoribus exigitur, ut in Summario singulares numeri *de donis supernaturalibus, de miraculis in vita, de miraculis post obitum* inserantur? Aut perperam id requirit, aut ad illum effectum, quem modo Animadversio negat, Sacra Congregatio petit, ut nimirum videatur, an divino fulgore Servorum Dei sanctitas illustretur. Itaque virtutibus per signa supernaturalia commendandis, non autem ut pro miraculis ad Beatificationem sufficientibus approbandis (quod quidem præproperum esset judicium) in virtutum examine divinus instinctus jure meritoque profertur.

65 Et quoniam ipsa operis insoliti felicitas divinum evincit instinctum, advertimus, de Moniali narrari = *fece gran mutazione di vita, perchè non campava più con vita libera e dissoluta, come aveva campato per il passato* = Et Vincentium Pagano fateri = *avendo per qualche tempo seguitato a confessarmi spesso* =. Neque instinctum tollit hujus recidivus prolapsus. Qui enim in sacramento divinitus actualem pœnitentis contritionem comperiebat, eidem liberum non esse ablatum arbitrium, ut relabi posset, optime intelligebat. Actualis porro præcedens contritio, et subsequens recidiva non adeo repugnant, ut inclusio unius sit alterius exclusio. Nec brevi contritio perdurasse videtur. Si enim credimus, quolibet ad summum mense Vincentium Pagano ad Sacramenta ventitasse, illud *per qualche tempo* plures ad menses protenditur. Nec graviora post lapsum peccata cognoscimus, siquidem illud = *mi detti alla pratica mala con una donna* = simplicem fornicationem indigitat; prius autem majora tam contra se, quam contra Deum,

et proximum protulisse arbitramur eum, qui = *si trovava la coscienza molto imbarazzata* = *era arrivato al collo dell' inferno* =. Posito igitur divino instinctu, quam præ aliis notis ipsa operis felicitas patefecit, etiam in sensu, quo absolutionem fuerit impertitus, jam non est alia causa, quare ita se gesserit, investiganda. Causa fuit, ut desperationis sensus, quibus peccatores anguntur, abjicerent. Causa fuit, ut sublimius in spe Divinæ misericordiæ erigerentur. Causa fuit, quia divino instinctu novit pœnitentium contritionem, si absolutionem contulit, aut, si non contulit, quia bonis suis operibus adjuvare concupivit. Causa fuit, ut non solum S.Franciscum Xaverium imitaretur, sed etiam Dominum Nostrum Jesum Christum, qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.

266 Demum quæ sit ratio insolita, qua in casibus insolitis homines admonere soleat Deus, cujus nemo fuit consiliarius, prorsus ignoro. Deum in Veteri Testamento terribilem, in novo lenissimum Sacræ Scripturæ exhibent. Nisi ergo quis putet, Deum vel antecedenter, vel concomitanter, vel consequenter in concedenda peccatori contritionis gratia debuisse edere tonitrua, aut terremotus, aut quid simile hominibus admonendis, dicendum est satis fuisse, si gratia sua cor pœnitentium commovit, si superno lumine Confessarii mentem, ut cor pœnitentium intueretur, Deus illustravit.

267 Itaque, ut nos quoque concludamus, Testium dictis, quæ totum difficultatis fundamentum constituunt, ad severissimam trutinam revocatis, tam certum est, Ven. Aloysium La-Nuza in pœnitentiæ sacramento duabus vicibus, ut hoc etiam admittamus, onus satisfaciendi pro pœnitentibus sibi sumpsisse; quam exploratum est, eosdem objectos Testes collatum absolutionis beneficium nec aperuisse, nec innuisse, immo propria depositionum significatione prorsus exclusisse. Unde remanet, ut Ven. La-Nuza, antequam eos absolveret, se pro eis satisfacturum adpromiserit, quod ex recitata Angelici Doctoris sententia absolute ad debiti solutionem, secundum accidens ad medicinam prodesse potuit, ut sponsione consummata, pœnitentes augmentum gratiæ, et contritionis promererentur. Hoc in rerum statu lis terminatur: et Ven. Aloysius La-Nuza sic se gerendo non solum nihil deliquit, sed præclarissimum heroicæ charitatis exemplum universis Confessariis reliquit.

268 Huic quæstionis solutioni in facto, quæ ex actis rerumque natura emergit, renunciare minime valuimus. Hinc ut Animadversionibus facto relicto nos ad jus vocantibus obsequeremur, jus defendimus. Quapropter adhærentes Animadversioni sentienti Ven. Aloysium pro pœnitentibus absolutis onus satisfaciendi suscepisse, diximus, eumdem Ven. Aloysium eo ipso, quo satisfecit, partem sacramenti integralem posuisse, idque pœnitentibus ultro assentientibus, tam

pœnaliter, quam medicinaliter ex præfata S. Thomæ sententia profuisse. Adjecimus necessariam non fuisse pœnitentiæ injunctionem iis pœnitentibus faciendam, quos divino instinctu norat esse illo actu contritos. Negavimus nullam prorsus injunctam satisfactionem ab illo fuisse, qui ad veram Sacramentalem pœnitentiam injungere bona opera agenda, malaque patienter sustinenda potuit, ac voluit, quique sacramentorum frequentiam imposuisse ab effectibus deprehenditur. Tali ratione defectum quemcumque a Ven. Confessario in jure, in facto propulsavimus, atque adeo in charitatis commendationem convertimus.

269 Alter V. S. D. defectus in administratione Sacramenti Pœnitentiæ exinde derivatur, quod pœnitentiæ et mensæ Eucharisticæ participem fecerit viduam, quæ interfectori sui conjugis detrectabat *fare la remissione*. Non ergo pacem inimico denegavit, uti putat animadversio §. 47., neque hic de offensæ condonatione, verum de judiciali agitur remissione. Factum membratim cæsum recitat R. P. Fidei Promotor, nos autem per extensum, prout jacet, exposuimus *respons. ad Nov. Animad.* §. 167. quod, quia longa oratione narratur, illuc AA. Suffragatores remittimus. Sic autem se res habet.

ANIMAD. §. 47

270 Siracusis Flaviæ nupserat Lucius Pisano Curiæ Procurator. Hic cuidam Congregationi in Societate Jesu nomen dederat. Ven. La-Nuza quodam mense anni 1636. schedulam porrexerat, in qua legebatur = *Estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet* =, eumque hortatus est, ut se confessioni generali pararet, quam reapse cum Ven. Patre explevit. Tum ferro ictus, condonata offensa, ac Sacramentis rite susceptis occubuit. Pau os post dies Ven. Aloysius viduam Flaviam adiit = *e l'indusse ad andare la Domenica seguente a far la confessione, e Comunione per l'anima del suo marito defunto, e tutto questo vuolse, che lo facesse nella chiesa, dove stava sepolto il detto Lucio; il che benchè fosse difficile per la detta Flavia, nondimeno lo fece* =. Ubi advertas, non Ven. Aloysium Sacramentorum Pœnitentiæ atque Eucharistiæ participem effecisse viduam, sed suis hortationibus ad illa sacramenta induxisse. Porro qui hujusmodi viduam suis adloquutionibus ad Sacramenta in eadem Ecclesia, in qua vir tumulatus fuerat, ut illi suffragaretur, recipiendi impulit, aut dispositam invenit, aut disposuit. Atqui necessaria in casu dispositio erat venia inimico tribuenda. Ergo Flavia, antequam ad Sacramenta accederet, odium, si modo conceperat, ergo inimicum exuerat. Aliter enim tres viros æque præstantissimos in ejusdem sacrilegii societatem adducimus; Venerabilem nempe Servum Dei, qui indispositam ad Sacramenta attraxit; Flaviam, quæ indisposita Sacramenta suscepit; Confessarium, qui pœnitentiam contulit, atque Eucharistiam permisit. Sed Missionarium simul, et Confes-

fessarium, piissimamque fœminam, uti ex contextu apparet, ejusdem sacrilegii socios admittere horrendum est. Ergo Ven. Aloysius, qui eo valuit, ut ad Sacramenta in eadem Ecclesia, in qua viri interfecti corpus conditum erat, suscipienda viduam induxit, multo magis eo valuisse, ut odium compesceret, asserendum est, nisi probabilius simul cum moriente marito Flavia interfectori pepercisset. Hæc, neque plura sunt, quæ necessariam inimici veniam respiciunt: cætera, quæ in contextu sequuntur, spectant damni remissionem.

*71 Etenim *loc. mox. cit. pag. 76. prope princ.* immediate legimus = *Il giorno seguente ritornò il detto Padre alla casa della detta Flavia, e la cominciò a pregare, che per l'amore del Signore FACESSE LA REMISSIONE al suo nemico, portandogli per esempio il fatto di quella Madre, che liberò l'anima del figlio ucciso dal Purgatorio per aver perdonato, e fatto la rimessione a quello, che l'aveva ucciso.* = Duas igitur diversasque res esse veniam ac remissionem contextus evincit, pro quarum prima Ven. Aloisius viduam prædisposuerat, pro altera sequenti die institit ea ratione, ut si utramque poneret, ex proposito exemplo, quantum in se esset, conjugis manes e poenis purgatorii liberaret. Itaque in Superiore Responsione §. 170. diximus *fare la remissione al nemico* tam in Sicilia, quam in aliis locis importare consensum inquisito ac reo dandum per publicum Notarii instrumentum, satisfactionem condonandam, et preces ad Curiam adhibendas, ne ultra ad inquisitionem contra reum procederet, aut illum quoquo modo puniret: immo compertum esse in aliqua Siciliæ parte, facta per offensum remissione, fiscum ne ad capturam quidem rei procedere potuisse. In hoc remissionis sensu præsens etiam convenit Animadversio: quodque magis ad rem pertinet, hunc etiam sensum Flavia intelligebat, quemadmodum ejus responsis, atque eventu comperimus.

*72 Nam contextus immediate prosequitur = *Ma la Flavia afflitta per la perdita fatta del marito, e confusa per il carico, che gli restava dei figli, e perchè il nemico era molto insolente, ed aveva detto di voler uccidere tutti li suoi figli, non voleva fare la remissione, anzi diceva al Padre: il fuoco del mio cuore è grande assai, sono restata vedova senza appoggio di nessuno con quattro figlie femmine, ed una nepote orfana, la quale si ha allevata in casa, come figlia mia, e dippiù io son gravida. Or come faremo sette persone senza aggiuto veruno, ed il nemico che continuamente ci minaccia? Padre non mi pregate, perchè non lo voglio fare.* = Cumque nonnulla de æterna conjugis gloria, jam parta V. S. D. subderet. = *Rispose Flavia: Ma a me chi mi provederà? E questo sarà tanto insolente, che non mi lascerà uscire di casa.* = Tres igitur excusationes protulit Flavia: lucrum cessans ex census jactura ob mortem me-

riti; damnum emergens ex liberorum educatione; vitæ periculum ex inimici audacia. Tria hæc ignem in pectore succenderant. Qui quidem ignis non erat odium, verum dolor ex tot tantisque damnis susceptus, uti patet ex contextu. = *Il fuoco del mio cuore è grande assai, sono restata vedova senza appoggio di nessuno . . . . . il nimico continuamente ci minaccia: Padre non mi pregate, perchè non lo voglio fare.* = Itaque volebat ex bonis interfectoris sibi suppeditari, quantum alimentis sufficeret, quæ secus per se præstare sine censu minime potuisset. = *Ma a me chi mi provvederà?* = volebat reum per Fiscum constringi, ut securam in reliquum tempus vitam ageret = *questo sarà tanto insolente, che non mi lascerà uscir di casa.* = Hæc omnia non ad veniam pertinent, sed ad remissionem, pro qua unice illo die V. S. D. instabat, quamque Flavia hisce excusationibus denegabat.

273 Perspectis Flaviæ responsis, eventum examinemus. Ubi Ven. Aloysius cognovit, viduam census defectu vitæque periculo despondisse, protinus subjunxit. = *A queste parole il P. Luigi non avete paura, le disse: Ditemi, dove tenete le cose da mangiare? E questa le mostrò una cascia grande, la quale allora era la metà piena di formento, soggiungendoli, che lì stava tutto il suo essere: ed il Padre Luigi: Non dubitare, li disse, io te la benedico con quella benedizione, che Isaac benedisse a Giacob suo figlio; per l'avvenire il Signore mai farà mancare il vitto della tua casa, camperai tu, e li tuoi figlioli onoratamente, sarete da tutti rispettati ed onorati, nè alla tua casa sarà fatto mai disonore. Che vuoi più? Non dubitare niente. La buona Flavia udita questa benedizione come fatta da Dio, fece subito la remissione.* = Si certa de futura sua liberorumque substentatione, quam prius desperaverat, remissionem concessit, ergo de nulla alia re, nisi de judiciali remissione agebatur.

ANIMAD. §. 48

274 Animadversio tamen non aliud quam iram, odium, simultates in facto perspicit, §. 48. At ego ne vestigium quidem in toto contextu invenire valui. Dubium fortasse excitare potuit illud Flaviæ responsum = *il fuoco del mio cuore è grande assai.* = Et profecto ignis iste passionem indigitat. Sed passionem doloris produnt non solum quæ præcedunt, sequunturque verba, sed magis etiam ea, quibus passionis expressio connectitur. = *Il fuoco del mio cuore è grande assai, sono restata vedova senza appoggio di nessuno con quattro figlie femmine ec. Come faremo sette persone senza agiuto veruno, ed il nimico, che continuamente ci minaccia?* = En causa passionis, damna, et minæ, quæ quidem causa non simultatibus, sed negatione remissionis poterat dimoveri. Quam quidem remissionem vidua mater non solum poterat, sed etiam debebat recusare, ne substentationis defectu filiæ in honoris discrimen propellerentur. Quis autem

neget, remissionis negationem esse potuisse sine simultate, quam et contextus, et viduæ pietas, et Confessarii religio, et Sacramenti Sanctitas, ipsæque V. S. D. sollicitudines omnino excludunt, atque insuper omnium Theologorum consensus et juris principium *in cap. 2. de homicid. in 6. explicatum*, *de quibus in super: respons*: §§. 174 *et* 175, actum est, rejiciunt?

275 Neque dicas, hæc præpostero ordine gesta. Tria siquidem Ven. La-Nuza præstitit, primum ut vidua viro suo suffragatura sacramenta susciperet; alterum ut in eadem Ecclesia, in qua viri corpus jacebat, id efficeret; tertium ut remissioni annueret. Ad primum minus difficile potuit vidua intimo charitatis ac religionis spiritu, mariti morientis exemplo, V. S. D. monitis, Confessarii suasionibus disponi: difficilius, ut mihi quidem videtur; potuit ad alterum induci: ad postremum vero sine certa divinæ providentiæ sponsione nec potuit, nec debuit moveri. Rectus igitur ordo postulabat, ut a facilioribus esset initium. Neque evidens providentiæ miraculum aliunde, quam a præmissa prioribus illis cooperatione expectandum. Re sane vera. = *Incominciò subito la detta Flavia ad esperimentare li buoni effetti della benedizione del P. Luigi La-Nuza, perchè senza avvedersene con una sola donna, e le sue figlie, la più grande di dodici anni, mai esperimentò necessità in casa sua, anzi sempre è andata di bene in meglio* = et cætera, quæ sequuntur *loc. cit. pag.* 77. Hinc mira in rebus hisce gerendis V. S. D. prudentia, nec minus charitas fidesque clarescit.

276 Neque divinum lumen, quo rebus in istis Ven. La-Nuza ductus est, prætereundum. Factum enim donum prophetiæ præcessit; cognitio cœlestis gloriæ, qua Lucius potitus erat, est comitata; providentiæ divinæ miraculum est subsequuta. Anne ad lusum tot tamque præclara signa ac portenta uno in facto Deum cumulasse credemus? Quamvis igitur Animadversio perpetuam donorum supernaturalium allegationem a nobis afferri doleat, ipsa tamen judicet, utrum, quando hujusmodi occurrunt, sibi blandiri, an Deo obsequi debeamus. Si enim Deus ad illustrandam illius, qui ditatur, sanctitatem dona confert, oportet, ut, qui causam defendimus, Deo obsequentes vociferemur. Si ut ostendat, qua benevolentia misericordes prosequitur, tunc eo pacto prædicabimus, ut cum Psalmista dicamus = *Misericordias Domini in æternum cantabo*: = et cum Christo Domino repetamus = *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* = Ad utrumque finem in casu nostro Deum congessisse prodigia consideranti apparebit. Quapropter concludemus, factum in suo contextu adeo perspicuum, tam manifestis signis a Deo obfirmatum, non fuisse in malam partem accipiendum, atque dijudicandum.

ANIMAD. §. 49.

277 Exhausimus aliquando fidem: illa etiam, quæ Novæ Animadversiones censuris digna duxerunt, evacuavimus. Reliqua nunc demum ferme de novo producuntur. Ratio autem, quam ejus novitatis produnt Novissimæ hæ Animadversiones, est, quia, cum fuerint in primis Animadversionibus adnotata, primi patroni responsiones haud arriserunt. Atqui primi Patroni responsiones prodierunt, antequam novæ Animadversiones exararentur. Utquid ergo novæ Animadversiones de reliquis obstativis conticuerunt? Nemo non viderit obstativa alias prætermissa, in postrema Congregatione novis argumentis in medium posita non levi causis esse detrimento. Utcumque demum res sit, nostro non desumus officio, ut novis etiam argumentis AA. Suffragatoribus satisfacere studeamus. Ad tuendam V. S. D. charitatem modo compellimur. Quæ quidem virtus etsi aliquo probationum fulcimine in actis munita concedatur *Animad.* §. 49. tamen in eam et quoad proximos, et quoad se nonnihil Vener. Alysium peccasse arguitur.

ANIMAD. §. 50.

278 V. S. D. peccata contra charitatem proximos respicientia sunt personarum acceptio, fraternæ correctionis tum omissio, tum alias immoderatio, quædam durities sive cum exteris, sive cum domesticis: *Animad.* §. 50 *ad* 55. Ad personarum acceptionem asserendam illud eximius Censor repetit, quod prius monuerat, Testem P. Frazzetta deposuisse, Ven. nimirum Aloysium Sacramentales mulierum confessiones excipere recusasse. Hactenus R. P. Fidei Promotor summopere adlaboravit, ut hunc P. Frazzetta a Testium numero expungeret, qua quidem in re nos ei morem gerendum satius duximus; mutato nunc consilio Testem appellat; qui titulus eo magis omitti debuit, quia objecta verba non a judiciali illius depositione, verum ab historia per ipsum contexta desumuntur. Rursus P. Frazzetta ibidem scripsit = *Ma per le confessioni* (meretricum) *raccommandavale alli compagni, perchè di troppo gran tormento gli riusciva l'essere forzato ad udire quelle laidezze, di che dovevano confessarsi. Anche con tutte le altre donne virtuose, ed oneste, che desideravano confessarsi da lui, sempre fece l'istesso, rimandandole ai loro Confessori ordinarii, ovvero ai Padri suoi compagni:* = nunc autem ex iisdem P. Frazzetta scriptis objicitur = *sempre faceva lo stesso*, *cioè licenziava le donne, e non ascoltava le loro confessioni.* = Ubi etsi sensus ferme est idem, eadem tamen non sunt verba, et aliquanto mitior est historici stilus. Tertio asseritur, facti veritatem in discrimen non adduci a Teste P. Vitali de Vitalibus, quando his præcise verbis tulit testimonium. = *Solea udire le confessioni di ogni sorta di gente dell'uno, e dell'altro sesso, dolcemente invitando, e udendo a tutti nobili, et ignobili, ricchi e poveri, piccoli e grandi: le donne il giorno in chiesa, gli uomini anche in casa sino a tre hore di notte, e tal hora più tardi per li fori-*

tani. Oltre alli sermoni ordinarii nella Matrice predicava anco, ed udiva le confessioni quasi in tutte le altre chiese piccole estramani della Terra per commodo delle donne poverelle = Verum testimonia P. Vitalis cum scriptis P. Frazzetta hic supra §§. 91. *ad* 96: ita conciliavimus, ut, privata a publica vita distincta, intelligeretur, Ven. Aloysium in Missionibus omnia omnibus factum, privatis vero in Domibus Societatis, velut in hibernis receptum maluisse fœminas ad Confessarios ordinarios, sociosque Patres pro confessionibus remittere, quam se audire.

279 Hæc agendi ratio si est acceptio, non personarum, sed sexus acceptio dicenda. In universo autem genere non datur acceptio, ne dicamus et Christum hujusmodi habuisse exceptionem, qui Judæis, non Gentibus prædicavit, quique electos primum Apostolos ire jussit ad oves tantum domus Israel, præcipiens insuper eis Matth. 10. = *In viam gentium ne abieritis:* = Sed admittamus acceptionem. Constat, non fuisse juge firmumque animi propositum, propterea quod ex actis eruatur, nulla excusatione quascumque feminas audisse, si vel necessitas, vel superioris præceptum urgeret. Verum demus etiam acceptionem firmo animi proposito innixam. Hujus aliquam innuimus rationem, cum diximus, in Societatis domibus alios præsto fuisse Patres, qui eadem charitate pœnitentes susciperent, consilia æque recta præberent, media æque suavia suggerent, ut nullum adesset periculum, nisi Ven. Dei Servo peccata sua confiterentur, fœminas nullum alium Confessarium fuisse adituras. Aliam rationem suppeditat ipse P. Frazzetta quoad meretrices, quas ideo sodalibus commendabat = *perchè di troppo gran tormento gli riusciva l'essere forzato ad udire quelle laidezze, di che dovevano confessarsi.* = De honestis autem mulieribus alia in promptu res est, quia non raro aliena, quàm propria peccata manifestant, modo aliquam exhalant ægritudinem, modo narrationes contexunt sane prolixas, molestas, neque ad rem pertinentes, modo conqueruntur de nuru, de socru, de marito, de rei familiaris angustia, de domesticis dissentionibus, hisque similia recitant, quibus tempus omnino teritur. Porro tempus Missionarii se in sua castra a longis expeditionibus recipientis, ut hanc quoque rationem adijciamus, admodum pretiosum est. Qui enim proximorum saluti consuluerunt, suam negligere non debent, eamque ob causam silentii, otii, solitudinis indigent. Accedit, ut qui se Missionarii officio dederunt, cum palam prodierint, dies noctesque nulla mora, nulla requie proximorum bono insumant oportet. Itaque reparandis tum corporis, tum animi viribus, proximisque in suo ministerio noviter suscipiendo opitulandis libera opus habent oratione ac meditatione. Nam orationem concionibus præmittendam summopere inculcabat S. Franciscus Xaverius, ut in ejus vitæ *lib.* 6. *cap.* 16.: scribit Tursellinius. = *Orationi præcipue de-*

derent se, meditationique rerum pro concione exponendarum, summaque vi niterentur proponenda aliis ipsi prægustare animo, prorsusque eorum vim intimis percipere sensibus: magnum quippe intervallum esse inter vibrantem animi viribus meditata, et segniter ex memoria conquisita promentem. = Idem de Sacro Concionatore luculentius monet S. Augustinus *lib. 4. de doctr. Christ, cap. 15.* = *Ut orando pro se, ac pro illis, quos est alloquuturus, sit orator antequam dictor. Ipsa hora jam ut dicat decedens, piusquam exerat proferentem linguam, ad Deum levet animam sitientem, et eructet quod biberit, vel quod impleverit fundat. Quis noverit quid ad præsens tempus vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium videt? Et quis facit ut quod oportet, et quemadmodum oportet dicatur a nobis, nisi in cujus manu sunt, et nos, et sermones nostri?* = Porro Missionum curæ totum tempus Missionariis eripiunt. Hinc non aliud vacuum temporis intervallum orationi tribuendum, nisi quando a Missionibus quiescunt: quo propterea tempore oportet, ut ab omni fere commercio abstineant, atque ab eo potissimum, quod majus præbet impedimentum. Exinde intelligitur, non perfecta ab imperfectis distinxisse Ven. Aloysium, uti concludit Animadversio, sed suo muneri convenienter consuluisse. Exinde etiam cognoscitur, sententias prudentum fuisse sequutum. Nam Rainaudus *de sobria alterius sexus, frequentatione cap. 13. §. 8.* scribit = *ita tamen, ut cæteris paribus, et quantum est ex nuda sua propensione, potius feratur ad dirigendos per confessionis auditionem viros* = Et S. Franciscus Xaverius P. Gasparem Barzeum per literas monebat = *Et quoniam foeminæ plerumque multum negotii Confessariis facessunt, cum eis hæc maxime tenenda cautio, ut viros Christo adjunctos, impensius excolas, quam eorum uxores. Nam cum natura constantiores sint viri, et ab eis domestica pendeat disciplina, rectius prefecto apud eos, et utilius opera collocatur,* =

280 Neque despiciendæ rationes, quibus P. Frazzetta *Sum. pag. 248.* ipsum V. S. D. defendit = *E mi dà a credere*, inquit *ch' egli in ciò non si regolasse a capriccio, ma con ben fondate ragioni esaminate da lui al lume del volto di Dio, e consultati coi superiori maggiori, ai quali dava minutissimo conto delle cose dell'anima sua* = additisque propriæ humilitatis motivis prosequitur = *O fosse per riprendere con più libertà dal pulpito come soleva i vizii delle donne*, o *fosse per aver più tempo in cose di maggior servizio e gloria di Dio.*

281 Primum igitur argumentum est, hanc vitæ rationem superiores approbasse. Hoc autem eo pacto evincitur, quod cum esset scrupulosus, omnia superioribus minutissime indicabat Ven: Aloysius, quodque virum talem tam gravibus Divinæ gloriæ negotiis occupatum ab ordinario, ac ferme quotidiano excipiendi fœminarum confessionis onere eximere voluerint superiores. Neque enim suæ fuisset discretionis,

suæque prudentiæ sinere, virum Apostolicum, qui vitam agit summopere actuosam, absumere in hac cultura magnam temporis partem, quam multo utilius ac fructuosius sive in habendis, sive in meditandis concionibus aliisque divinæ gloriæ operibus perficiendis posset impendere.

282 Secundum argumentum in ipsa V. S. D. prudentia fundatur, ne scilicet mulieres, quæ sunt natura timidæ ac suspicaces, facile in eam opinionem inducerentur, se singulariter designari, si, quæ in confessione Sacerdoti aperuerunt, eadem aut illis similia a concionante reprehendi audirent. In Missionibus liberior sermocinatio, ubi confessiones excipi plerumque incipiunt, quando jam Missionarius peccata est invectus.

283 Tertium argumentum majoris esse ponderis videtur. Profecto, cum apud suos Ven: La-Nuza privatam vitam ageret, non otiabatur, sed præcipuæ sibi curæ tribuerat Turcas triremibus damnatos, in Xenodochiis decumbentes. Item verbi Dei prædicationi in ipsa urbe Panormo vehementer instabat. Et quamvis universi Societatis Jesu Alumni ad omnem proximorum salutem vi sui instituti teneantur, non tamen singuli, *sed alius quidem sic, alius autem sic*, ut loquitur Apostolus 1. *Cor. cap. 7. vers. 7.* Nimirum suum cuique munus ea in Societate commissum est, quo qui fungitur, ab aliis abstinere non solum potest, sed quando pluribus satisfacere non valet, etiam debet. Credita V. S. D. fuerat verbi Dei prædicatio. A coeteris officiis ei erat abstinendum ut suo muneri totus incumberet. Sic Apostolus, qui de se ipso testatur 1. *Cor.* 1. = *Non enim misit me Christus baptizare sed evangelizare* = confitetur paucissimos baptizasse, atque ita quodammodo protestatur, se muneri suo defuturum, si conferendi causa baptimi ab Evangelio prædicando cessasset. Ubi S. Joannes Chrisostomus *hom.* 3. *in epist. 7. ad cor.* = *Nam hoc* (Evangelizare) *laboriosius erat, sudore multo opus habebat, ferreoque animo, omniaque continebat. Ideoque Paulo commissum fuit . . . . . Nam evangelizare unius aut duorum erat, baptizare autem cujuslibet est, qui sit præditus Sacerdotio* = *Et S. Thomas sect.* 2. in *cap.* 1. *epist.* 1. *ad Cor. scribit* = *Dicendum, quod Apostolos misit ad utrumque, ita tamen quod ipsi per se ipsos prædicarent . . . . . baptizarent autem per inferiores ministros. Et hoc ideo, quia in baptismo nihil operatur industria et virtus baptizantis, sed in prædicatione Evangelii multum operatur sapientia et virtus prædicantis, et ideo prædicationis officium per se ipsos Apostoli tamquam majores ministri exercebant* = Si baptismum in confessionem convertas, omnia casui nostro perbelle aptantur. Immo præ baptismo aliquid magis proprie convenit confessioni; nam fœminæ cum viris opinione Sanctitatis gaudentibus agere sunt percupidæ, unde

infinitus fuisset illarum numerus, et gravius rebus majorem Dei gloriam respicientibus impedimentum.

284 Expositis rationum momentis, quibus methodus a V. S. D. servata cohonestatur, ad ea, quæ contra primum patronum objiciuntur, orationem convertamus. Prima Animadversio hæc habebat §. 81. *et seqq.* » *Curatores animarum æqualem in omnes debent conferre misericordiam. Nulla est in in Ecclesia distinctio Judaei et Graeci* » atque hinc Ven. Aloysium contra justitiam peccasse inferebat. Ut hoc a V. S. D. crimen arceret, primus Patronus rectissime inquiebat, hæc optime procedere, si *Curatores animarum* intelligerentur Episcopi et Parochi, qui sive ex stipendio, sive ex promissione, sive ex pacto justam contrahunt obligationem; haud ita tamen, si intelligerentur Religiosi vel Societatis Jesu, qui non allo modo debent salutem animarum curare, nisi quo munus a Superiore commissum, eorumque voluntas exigat. Distinctionem inter Religiosum simplicem, ac Religiosum Missionarium adjiciebat, cui in actuali Missione ex intriseca sui muneris virtute audiendarum assidue utriusque sexus confessionum tribuebat obligationem. Tandem P. Vitalis auctoritate in actu Missionis suo minime Ven. Aloysium defuisse muneri probabat primus Patronus.

285 Præsens Animadversio sic regerit, ex eo quod V. S. D. non fuerit Parochus, deduci tantum posse, ipsum perfecta non teneri obbligatione, inauditumque esse in charitate heroica distinguere perfecta ab imperfectis officiis, cum præsertim mulieres enixe efflagitarent, mediisque extraordinariis uterentur,

286 Scilicet invereeundis etiam utebantur artificiis, ut se meretrices fingerent. De quo artificio late docteque primus Patronus in prima responsione §. 286. *ad* 296. Subjungo, muliebrem calliditatem in infinitum hujusmodi artificia ad vanam curiositatem multiplicare potuisse, si ansam V. S. D. præbuisset. Quod autem dicatur, in heroica charitate perfecta ab imperfectis officiis non esse distinguenda, repono primum, ab eximio Censore statum animadversionis immutari, et objecta contra justitiam nunc ad charitatem traduci; reponam secundo, Ven. Aloysium cum merito ac laude extra actum Missionum ex voluntate Superiorum omisisse audire confessiones sive meretricum, sive honestarum nobiliumque mulierum, ut operibus ad majorem Dei honorem animarumque salutem pertinentibus, magisque sui muneris propriis esset intentus.

287 Cœterum accuratissimam acceptionis personarum ideam tradit S. Jacobus Apostolus in sua epistola *cap.* 2, *vers.* 1. *et seq.* = *Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini Nostri Jesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in Conventum vestrum vir annulum aureum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum, qui indutus est veste præclara,*

et dixeritis ei: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic aut sede in scabello pedum meorum: nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis judices cogitationum iniquarum? » Hanc definitionem si tenere voluerimus, erratum in ipso Animadversionis subjecto apprime perspicimus.

288 Quopropter ad fraternam correctionem gradum facimus. Duplex occurrit casus, quo eam omisisse Ven. La-Nuza incusatur. Primus sic in *Sum. pag.* 249. *fin. et* 250. §. 21. prostat » Sopportava le impertinenze de' Vittorini. Una volta andando a Gratteri noi col P. Garigliano, se non erro, » il Vitturino per strada si diportò con molta mala creanza bestemmiando, e sparlando. Il Padre il sopportò, ed » in licenziarlo gli diede per regalo alcuni tarri, come se » l'avesse servito meglio d' ogni altro » Correctionis obligationem Ven. Dei Servo, utpote Missionario, appingit Animadversio, quam subjungit dubiam non reddi, ex quo primus causæ patronus asseruit, apud siculos verbum *bestemmiare*, etsi proprie blasphemiam significet, pro imprecatione usurpari. Profecto hoc peculiare factum eo fine in contextu protulit Testis P. Vitalis de Vitalibus, ut probaret, quam alacriter V. S. D. perferret Rhedariorum *impertinenze*, *e mala creanza*. Hinc ex contextu propria blasphemiæ significatio excluditur nec quidquam impedit, quin Testis hujusmodi pro verbis impreeatoriis atque inhonestis usurpaverit communi sensu » *bestemmiare*, *e sparlare*.

ANIMAD. §. 51.

289 Sed ego utrumque admittam, scilicet proprie dictas in rhedario blasphemias, et V. S. D. correctionis obligationem, superest videndum, qua tandem obligatione V. S. D. teneretur. Duas enim S. Thomas distinguit 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 6. *per tot.* nempe coactivam, quæ pertinet ad Prælatos, et ostensivam, quæ pertinet ad quemlibet charitatem habentem. Intelligitur, hanc alteram monitionis speciem unice potuisse esse propriam in actu præsertim itineris Ven. Missionarii. Itaque eumdem S. Doctorem *loc. cit.* audiamus » Alia vero est correctio fraterna, cujus finis est emenda» tio delinquentis, non habens coactionem, sed simplicem » admonitionem, et ideo, ubi probabiliter æstimatur, quod » peccator admonitionem non recipiat seu ad pejora laba» tur, est ab hujusmodi correptione desistendum, quia ea, » quæ sunt ad finem debent regulari secundum quod exi» git ratio finis.

» *Ad primum* ergo dicendum, quod medicus quadam » coactione utitur in phreneticum, qui curam ejus recipe» re non vult: et huic assimilatur correctio Prælatorum, » quæ habet vim coactivam, non autem simplex correctio » fraterna.

» *Ad Secundum* dicendum, quod de correctione fra» terna datur præceptum secundum quod est actus virtu» tis. Hoc autem est secundum quod proportionatur fini.

» Et ideo, quando est impeditiva finis, puta cum effici-
» tur homo deterior, jam non pertinet ad veritatem vitæ,
» nec cadit sub præcepto.

» *Ad Tertium* dicendum quod ea, quæ ordinantur ad
» finem, habent rationem boni ex ordine ad finem: Et ideo
» correptio fraterna, quando est impeditiva finis, scilicet
» emendationis fratris, jam non habet rationem boni. Et
» ideo cum prætermittitur talis correctio, non prætermit-
» titur bonum, ne eveniat malum.

290 Hisce positis, unumquemque vestrum sciscitor, an simplex Religiosi, qui probabilius Missionarius esse ignorabatur, admonitio Rhedarium blasphemiis assuetum emendasset? Novi autem quid unusquisque sit responsurus. Malo enim fato saepius in eos, qui blasphemant, occurrimus, attamen Deo in nobis benedicimus, fratremque incorreptum dimittimus. Quid ita? quia in Deum ejusque ministros majores veremur injurias. Utquid ita de V. S. D. non putabimus, eo vel magis quod una simul cum illo et P. Vitalis et P. Gariglianus veherentur, omnesque a correctione abstinendum satius judicaverint?

291 Neque dicas, Rhedariis in actu dimissionis furorem remitti. Ego enim sic sentio, Rhedarios, si modo furorem aliquando remittunt, blasphemiæ consuetudinem numquam relinquere. Bibendo, edendo, ridendo nonne blasphemant? in itinere potissimum siquid audiunt, siquid offendunt, nonne, quandocumque id fiat, blasphemant? Tempus vero dimissionis est blasphemiis opportunius. Non enim solum si mouneris, sed etiam cum benefeceris, aliquid indigni evomunt. Quapropter, ut illo saltem tempore conticesceret rhedarius, ampliora conferre munera charitatis, et prudentiæ suæ Ven. Missionarius existimavit.

292 Secundum pariter casum produnt acta *Summar. pag.* 313 §. 132 *et seq.* his verbis » Osservai nel detto P. La-Nuza » in questi due anni, in cui ci fui scolaro, il che fu cir- » ca il 1618, e il 1619, che mai guardò scolaro alcuno in » faccia in tutto quel tempo delli due anni, e nel tempo » della scuola framischiava le lezioni con alcuni ragiona- » menti spirituali. Una cosa notabile occorse in questo tem- » po, la quale fece non meno stupire, che edificare tutti » li miei Compagni. Si doveva un castigo ad uno delli » scolari per non so quale mancamento, e ripugnando quel » lo di accettare il castigo, il P. Luigi per farsi temere » ci cresceva il numero delle battiture, dicendogli: *An-* » *date a cavallo*, *e otto*, *e nove*, *e dieci:* e quanto più » quello replicava, tanto più lui cresceva il numero delle sferza- » te, tanto che arrivò alle dodici, ma lo scolaro arrabbiato inco- » minciò a prompere all'ingiurie contro il suo maestro dicen- » doli a voce alta: *Guarda che mi fa a vedere questo mulo figlio* » *di una donna vile.* In dire lo detto scolaro queste parole, il » d. P. Luigi ordinò, che si lasciasse di darsi il castigo, e dopo

ANIMAD. §. 52.

» uscito il fazzoletto se lo pose agli occhi coprendosi tut-
» ta la faccia quasi in atto di piangere, e dopo un poco
» di tempo rasserenata la faccia chiamò quello scolaro, e
» lo fece sedere al più meglio luogo della scola. E perchè
» poco dopo si fecero gli Ufficiali, questo fu nominato da
» lui Dittatore, presentandogli tra l'anno molti cannotigli,
» e premi di valuta. In somma in tutto quell'anno lo trat-
» tò come se egli fosse stato specialissimo amico, e be-
» nefattore. Questo caso fece conoscere a tutti di che carata
» fosse la santità di questo Servo di Dio anche in quell'età
» giovanile. Mi ricordo ancora, che l'ebbi per Padre di
» Congregazione nell'istesso tempo, e nelle esortazioni publi-
» che, che ne faceva, gli occhi suoi erano sempre pieni di
» lacrime, et io mi ricordo ancora di avergli veduto la fac-
» cia tutta lucente a guisa di diamante, il che a me pa-
» re non essere stata cosa naturale. » Hæc Testis Ord. X. Proc. Drepanen.

293 O miram sane in Præceptore ita ad vivum læso, ut lacrymas effunderet, humilitatem! O dignam sane, quam Deus illustraret, charitatem! O cæteris prefecto imitandam mansuetudinem! Sed Animadversio comperit justitiæ defectum, quem quidem si daremus, improbis Missionum laboribus triginta annos exantlatis, ut cætera prætereantur, abude fuisset ablutus. Ignorare autem eximius Censor simulat, S. Ignatium, quos constituit Præceptores, eosdem in ludo esse voluisse Imperatores, tantumque ne abuterentur comendasse. Inde fit, ut in publico etiam periculo Præceptoris votum nonnihil conferat auctoritatis. Infra annum præceptoris arbitrium merita pensat. Itaque ad arguendum justitæ distributivæ defectum aut in discipulo indignitas, aut in Præceptore abusus erat demonstrandus. Ad hoc alterum probandum a studiorum Præfecto reprehensio aliqua Præceptori facta erat in medium ponenda: neque enim facile abusus in præceptore est præsumendus. Ad primum illud evincendum mentis pariter hebetudo erat in discipulo declaranda. Verum in casu contrarium cognoscimus. Neque enim arbitramur ex facto inhonesto promeruisse pœnam: tunc siquidem studiorum Præfectus scholas Societatis Jesu interdixisset. Erat igitur factum ingenii alacritate profectum, ex quo præmii indignitas, ut ordinario intelligamus, propulsatur. At, inquies, errans erat corrigendus. Et V. S. D. correctum voluit, dum pœna multavit, dum propter inobedientiam pœnam amplificavit » *Andate a cavallo e otto, e nove, e dieci* ». Præceptor vero injuria lacessitus debuit a pœna abstinere immo præmiis afficere, tum quia personam, non officium injuria respiciebat; tum ne odio castigasse diceretur; tum quia hujusmodi præmium erat correctio vel omnium severissima; tum quia inoffensa justitia præceptori Societatis Jesu in ludo integrum erat suam injuriam ad meritum ac præmium discipuli convertere. Sic

se gerendo discipulum lucrifecit, neque solum in discipulorum, sed etiam in universæ civitatis admirationem præceptoris sanctitas ascendit.

294 Audiamus alios Testes: = *Or lui inginriato e da uno scolare figliolo non seppe pigliarsi altra vendetta, che comandare si cessasse dal castigo, e poi sceso dalla Catedra buttatosi ai piedi di quel figliolo teneramente glieli baciò, e dopo per tutto il resto di quell' anno l' ebbe a conto delli più favoriti della sua scuola dandogli delli premii migliori, facendolo imperatore, ed usandogli tali segni di benevolenza, che tutti riconobbero essere affatto vinta ogni passione nel petto di quel Servo di Dio, e sinora quelli pochi scolari, che sono sopravissuti raccontano questa azione per una delle cose più meravigliose che in vita sua abbi operato il P. Luigi La-Nuza* = . Hæc Testis VII. Ord. Drep. *Summar. pag.* 312 §. 127 *et seq.* = *Il P. Luigi sceso di catedra baciogli i piedi, e ringraziollo come suo special benefattore, ed indi in avvenire lo ebbe per uno dei suoi più cari, quale oggi vive religioso già vecchio nell' Ordine dei RR. PP. Cappuccini. Crebbe tanto però in stima appresso tutta quasi la Città per tale atto il P. La-Nuza, che camminando egli per le publiche strade molti nel passar ch' egli faceva, fermatisi lo inchinavano come Santo fin d' allora* =. Hæc Testis ex juratis depositionibus PP. Collegii Drepanensis Societatis Jesu *Summar. pag.* 297 §. 44 45. Et merito. Si enim tantopere suspicimus David propterea quod semel canem illum Semei sibi conviciantem dimissum voluerit, ut sibi malediceret juxta præceptum Domini 2. *Reg.* 16. potiore jure Ven. Aloysium admirabimur, qui non dimisit, sed integro anno chariorem apud se retinuit discipulum, cujus injuriæ, quoties videret, quoties audiret, quoties præmia conferret, recordari oportebat. Accedit, quod injuria, qua Ven. La-Nuza fuit lacessitus, præ injuria David eo evadebat acerbior, quo verior existebat. Quot, quamque illustres in uno facinore virtutes! Cæterum si Animadversionis argumenta essent excipienda, de inimicorum dilectione esset conclamatum. In omni siquidem injuria intervenit inimici audacia. Hinc injuriæ condonatio inimicum efficit audaciorem, inimicos multiplicat, lædit societatem, violat justitiam in sensu Animadversionis. Iniquum igitur illud Christi præceptum Matth. 5. 44. = *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos, orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos etc.* = Hoc præceptum ad literam fuisse sequutum, saltem facto suo probaverit Ven. La-Nuza.

ANIMAD. § 53

295 Duplex pariter occurrit casus, quo immoderatam adhibuisse correctionem V. S. D. reprehenditur. Primum ita exponit P. Cherubinus à Catana Sac. Prof. Carmelita Testis Panormit. Apost. XVI. *Summar. pag.* 199. §. 219. *et seq.*

» Nell' occasione che si trovava qui in Palermo nel Con-
» vento di Monte Santo anni trenta, o trentadue in circa
» addietro con la carica di Lettore di Teologia il P. Eliseo
» Messina di detto Ordine disse a detto Testimonio, che
» da un Padre avea inteso dire, che in tempo che il detto
» P. Luigi faceva la sua Missione in detta Città di Mes-
» sina, nella quale li soldati Spagnoli giornalmente, e di
» notte rubavano, motivo per il quale quasi ogni giorno
» dalli Cittadini ne erano uccisi quattro, cinque, e sei
» almeno, perchè non gli era pagato il soldo per mantener-
» si, trovandosi il P. La-Nuza predicando nella piazza, e
» trovandosi ad uscire in carrozza il Governatore, o Vice-
» Re, mentre passava, ed il sopradetto P. La-Nuza predi-
» cava in detta piazza, voltatosi alla carrozza a voce alta
» gridò: Ferma, ferma: Fece fermare il Vice-Re la car-
» rozza per udire quello voleva il P. La-Nuza, il quale
» spinto dal fervososo zelo disse al Governatore: Tu sei la
» causa di tanti morti così nel corpo come forse nell' ani-
» ma di questi poverelli soldati, perchè non li è pagato il
» soldo. Compunto il detto Governatore o Vice-Re dalle
» dette parole subito tornò in Palazzo, e fece distribuire
» due paghe ad ogni soldato. Tanto in tutto, quanto in
» parte esso testimonio ha deposto nel presente capitolo,
» l' ha inteso dire da molte, e più persone in presenza di
» molti di ogni stato, e condizione. »

296 Nemo negat, Testem talia accepisse. At depositionis initio appellavit P. Elisæum, qui acceperat ab alio sodali suo, quique certe non erat *de visu*, propterea quod Testis deponeret anno 1749. et Ven. La-Nuza anno 1656. vitam finiverit. Hujusmodi, hoc est de *auditu auditus*, quos in fine citat, esse debuerunt. Fama igitur per tot hominum ora centum ferme annis Messana Panormum volitans aliqualem rei substantiam retinuit, circumstantias omnes immutavit. Facilis autem mutatio: siquidem, cum V. S. D. Messanæ, missiones egerit, in plateis fuerit concionatus, et Pro-Rex aliquando adfuerit, obvium erat asserere, Ven. Aloysium in platea ad illum nominatim inclamasse.

297 Quapropter primus Patronus jure meritoque inter fabulas hoc factum amandavit. In sua namque historia sicula *parte 2. pag.* 681. Aquilera narrat, Ven. Aloysium anno 1646. vehementem concionem in aede principe Mamertina coram Pro-Rege Joanne Austriaco Juniore Philippi IV. Hispaniarum Regis filio Messanæ habuisse: acriter ac libere aulæ licentiam, Ministrorum rapacitatem, scelera civitatis, nemine tamen appellato, reprehendisse: eos qui contra V.S. D. instigarent Austriacum, non defuisse: hunc vero respondisse = *Pater iste vere sanctus est; liceat illi dicere, quod nobis non licet facere* =: ea concione Ven. Aloysium radios flammasque ore eructantem auditores perspexisse. Ergo hystoricus fide dignissimus, ac ferme coævus rem alio mo-

do pandidit, ac Testis de auditu auditus deposuit. Hactenus velim, ut æqua historico ac Testi de auditu fides asseratur, resque saltem dubia maneat.

298 Pondus historico adjicit P. Vitalis, qui *Summ. pag.* 183. §. 115. *seqq.* ita loquitur » *Alcuni dissero, che talora il P. La-Nuza nelle prediche avesse ripreso in modo, che toccasse allo stesso Vice-Re, e ad altri Signori* (quibus verbis alludit concioni ab historico narratæ, factumque a Teste de auditu expositum ne a longe quidem innuit) *e qualcheduno avverso della Compagnia si crede, che avesse eccitato quel Signore, il quale rispose* = Questo Padre è Santo = *Io so, che il P. La-Nuza era cantelatissimo, e prudente nel parlare, molto più in simili circostanze. Credo bensì, che mosso da santo zelo avesse detto quel tanto, che lo Spirito Santo gli ispirava per bene delle anime, ma senza mostrar di voler pungere. So ancora, che dicendosi ciò, e riferendosi certe parole come dette dal Padre, egli rispose avanti di me: Io non dissi queste parole, ma se essi se le intendono, io non l'ho a discaro.* »

299 Qui autem fit, ut de facto per Testem de auditu narrato historicus et P. Vitalis conticescant? Atqui memoria dignum erat, propterea quod et V. S. D. fortitudo, et Pro-Regis docilitas commendetur. Neque dicas, argumentum silentio ductum esse negativum, nihilque contra affirmatavum Testis de auditu dictum valere. Etenim historicus, i et P. Vitalis apprime cum Teste Carmelita quoad rei substantiam conveniunt, hoc est quoad correctionem Pro-Regi, ejusque ministris publica oratione factam, dumtaxat in modo, in verbis, aliisque circumstantiis inter se dissentiunt. Et P. Vitalis rusticam illam objurgationem = *Tu sei la causa di tanti morti* = omnino refellit atque excludit iis verbis *Io so, che il P. La-Nuza era cautelatissimo ec.* ». Unde sequitur, veram facti substantiam falsis circumstantiis a traditione circumseptam. Quid plura? Hanc historici facti veritatem fuse accurateque pluribus coarctavit primus causæ Patronus *in sua respons. a* §. 327. *ad* §. 338. ubi cum etiam divini istinctus argumenta ex Benedicto XIV. desumpta, prout etiam præsens Animadversio desiderat, recitaverit §. 335. : ne rem actam videar agere, eum, qui plura cupit, illuc adigor remittere.

300 Indiscretus pariter zelus eruitur ex quadam alia historia, quam explicat P. Ventimiglia Testis I. Ord. Panorm. quæque satis sua ipsa expositione illustratur, eamque ob causam recitamus ex Summario *pag.* 347. *a* §. 1. *ad* §. 8. »

ANIMAD. §. 54.

» Non lascerò di dire ancora quello che mi fù testificato
» dal Signor Abbate Don Domenico Lanza, mentre io era
» in Messina, il quale non solo mi raccontò il fatto con
» parole, ma ancora me lo pose in carta, fù il seguente.
» Si fà fede per me a chi spetta il mese di Febraro
» dell' anno mille sei cento cinquanta sei, ritrovandomi io

» nella mia Sagristia del divoto Oratorio di San Gallo, e
» San Giovanni Evangelista verso ventun' ora, giornata tut-
» ta di pioggia, et in particolare a quell' hora, vid-
» di venire con fretta il Reverendo Padre Luigi La-Nuza
» della Compagnia di Gesù, quali doppo haversi un poco
» riposato mi domandò d' una certa Donna cortigiana, qua-
» le stava in questi contorni ingarzata con un certo Cava-
» liero. Io li risposi, saperla: lui mi commandò che las-
» sassi discampari, e doppo andar di parte sua a farla
» venìri nel mio Orotorio, che li voleva detto Patri tratta-
» ri alcune cose di molta importanza. Io che sapeva che
» questa femina era molto superba, e chi non usciva così,
» gli disse, che anderebbi in vano, che non venerà, lui
» mi replicò: andati, che verrà, come subito andai pre-
» gandola con milli forzi; lei non voleva per modo nesu-
» no venire, dicendo che negozii hajo con questo Patri,
» alla fine venni.

» Il buon Padre al primo incontro senza dir nulla li toc-
» cò il polzo, dicendogli questi formati paroli, figlia sei
» molto infirma, hai bisogno di un' opportuno medicamen-
» to, però di un sol medico, la donna incominciò a ri-
» dersi, siccome anco feci io essendu presenti videndu il
» Patri, che con molta istanza li diceva queste parole.
» Doppo assettati, e l' uno così li ragionò: Figlia di fatto
» sii molto bella, e devi ringraziare il Signore Iddio ha-
» verti fatto così, però come creatura sua hai non solo
» di ringraziarlo, ma di non offenderlo, siccome di fatto
» l' offendi: sappi, che Nostro Signore Iddio a ogn' uno
» di noi ci ha assignato un tempo preciso, che pure che
» noi l'offendiamo con una bella pazienza ci aspetta a pe-
» nitenza, stando sempri alla nostra porta a battiri la no-
» stra cuscenza, acciò tornassimo alla sua grazia. Però si
» passa una minuta d' ura di quello tempo da lui assigna-
» to, ci volta li spalli, e ci lassa inghiottiri piccati a pic-
» cati, segno della nostra sicura dannazione: Dio ci guar-
» di. Questi et altri paroli che mi facevano tremari dissi a
» quella disgraziata donna, però furono tutti in vani alli
» suoi risposti importuni, e mal creati; il padre mi mandò
» fuori, e stetti con lei da mezzo quarto d' ora. Quello
» havessi fatto non sò, solo con questi paroli adirati la
» licenziao: vedi sei la più puzzolenti carogna, feti più
» che un cane: puuh chi fetu, punendosi li manu a stup-
» pari lu nasu, dicendoli frà poco te ne pentirai, sei già
» speduta. Partiu la donna, partissi lu Patri: appena mi
» domandò licenza tutto adirato. La propria sira a ori qua-
» tro in circa mi sento battiri la porta della Chiesa, mi
» fussi chi stava curcato, e viddi una donna, ed un Gi-
» vini con un mazzo di cannici alla mano dicendomi: Pa-
» dri per l'amor di Dio levatevi, che ad una donna gli
» calò una gucciula, e sta morendo. Io subitu mi alzai,

» e viddi che quelli mi portarono alla Casa di quella don-
» na che poche ore addietro la chiamai come di sopra,
» e la veggo vestuta sopra d'un letto, che latrava peggio
» di un Cane con l'occhi sbaduti, li manu accroccati sen-
» za potermi dar segno di pentimento alcuno, dicendoli
» che mi facesse alcun segno, non fù possibile: li diedi
» l'assoluzioni condizionata. Si morsi verso li sei ore, e li
» vicini mi dissero, che lei poco avanti haveva detto: *mi*
» *mandò chiamandu Padre La-Nuza a convertirmi, credo*
» *che era ubbriaco, che era troppo rosso.* Io la mattina an-
» detti alla Casa Professa pri avvisare il Padre della repen-
» tina morti di la Donna, e m'incontrò immediatamen-
» te, che usciva dalla porta della Sagristia che veniva allo
» baglio, et assentandosi al Confessionario per Confessarsi
» un Marinaro, in accustarmi prima che parlassi iu, Lui
» mi desi nova della morte di quella misera, onde io re-
» stai senza poter parlari: mi dissi così, morsi con l'oc-
» chi, e mano al Cielo, mi levò la berretta con salutar-
» mi, e si mesi a Confessari. Quanto ho detto mi sotto-
» scrivo con giuramento *tacto pectore more Sacerdotali.*

» Don Domenico Lanza Abbati di San Nicola, e Cappel-
» lano del Devoto Oratorio di Santo Gallo di questa Città
» di Messina.

301 Hic a nobis Animadversio Spiritus Sancti motum ex tot donis supernaturalibus, prodigiosoque eventu conspicuum non audiet, quandoquidem satis palam fecit rei expositio. Tramites ab Animadversione signatos sequemur. Prae primis ait, fœminæ superbiam fuisse victam. Sed ego nullum hujus victoriæ vestigium intueor, nisi quod invita ad Ven. Aloysium venit, Quæque superba accessit, arrogantior discessit = *Mi mandò chiamando Padre La Nuza per convertirmi, credo che era ubbriaco.* =

302 Deinde ait, mulierem fuisse benigne excipiendam. Sed quæ tandem benigna verba sunt, si illa non erant, quibus V. S. D. sermonem est exorsus? *Figlia sei molto inferma, hai bisogno di un' opportuno medicamento, però di un sol medico. Figlia di fatto sei molto bella, e devi ringraziare il Signore ec.* Tum longanimem Dei patientiam in expectandis excipiendisque peccatoribus, simulque divinam justitiam in obstinatos peccatores suavissimis verbis inculcavit. Quid benignius dici potuit? Scilicet ut S. Franciscum Xaverium imitaretur, de quo narrat Tursell. vit: *Lib. 4. cap. 15.*= *Siquidem nactus erat formosæ ancillæ amore captum, huic mulierem commendare, eam vero propter egregiam formam atque indolem, dignam quæ pudica foret, dignam quæ honesto alicui nuberet viro* = ; sic Ven. Aloysius ut fœminam superbam initio sibi conciliaret, ejus pulcritudini blandiri cæpit, et ad Dei amorem ac timorem suaviter pellicere studuit. Verum de hac V. S. D. benignitate inferius contra Animadversionem sermo redibit.

303 Insuper addit, Ven. Dei Servum dimisisse mulierem verbis ad iracundiam excitandam, ad odium ministri ac ministerii provocandum aptissimis. Perbelle se res habet. Quæ enim nec blandiloquis verbis, nec gratitudinis recordatione, neque divinæ misericordiæ spe, nec justitiæ metu commoveri initio potuit, fuit demum propinquæ mortis minis perterrenda, ut resipisceret, risumque, quo novissimum monitum exceperat, compesceret. Dei Ministrum de sua salute sollicitum cachinnanti nonne sermo durior convenisset? Cacchinnis ad lacrymas convertendis quid validius putredinis memoria, proximæ mortis comminatione? Christus etiam Dominus, qui Judam, Magdalenam, et Adulteram humaniter est alloquutus, contra obstinatos suæque doctrinæ irrisores Pharisaeos non semel iratum ostendunt Evangelia. Atque adeo Ven. La Nuza illam Christi videtur repetisse sententiam: *Luc.* 3. 7. = *Genimina viperarum quis vobis ostendit fugere a ventura ira? Facit ergo fructus dignos poenitentiæ, et ne coeperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam enim securis adradicem arborum posita est* =. Hisce positis, V. S. D. defectus contra fraternam correctionem objecti satis refutati apparent.

304 Superest, ut de iis, quæ tam contra charitatem suis sodalibus debitam, quam contra charitatem erga seipsum quoad bona temporalia et spiritualia ordinatam patravit, duo verba faciamus. Quoad primum objicitur, tantos in Missionibus suscepisse labores, ut socii diu resistere cum illo minime valerent *Animad.* § 55. Hoc autem omnibus Missionariis vere Apostolicis semper commune fuit. Nihil dicam de laboribus a S. Francisco Xaverio exantlatis, cui propterea Ven. Aloysium comparare non audeo. Recentiore utar exemplo. De B. Leonardo a Portu Mauritio in Summario illius causæ *pag.* 841. §. 137. Fr. Didacus a Florentia, Laicus, qui illum sex et viginti annos fuerat sequutus, ita deposuit = Per lo spazio di 44 anni, nei quali esercitò » il Ministero Apostolico delle Missioni ec. dovette scorre» re non solo molte Città, ma altresì molte provincie, ed » ebbe molto che soffrire per la lunghezza dei viaggi, per » il rigore delle staggioni, per l'asprezza delle strade, ma » egli con intrepida fortezza non ebbe verun riguardo ne' » alle maggiori rigidezze dell'inverno, nè ai più eccessi» vi calori della state per esercitare l'Apostolico Ministero » *Et pag.* 843. §. 158. = Tutti quelli, che l'hanno accom» pagnato, convengono essere stato il rigore col quale mor» tificava il suo corpo eccessivo di maniera, che non po» tendo gli altri imitarlo, spesso cambiava compagni, es» sendo altri caduti infermi, ed avendovi altri perduto af» fatto la sanità. = Et in primis illius causæ Animadversionibus *pag.* 21. §. 57. objiciebatur XIII. Testis Ord. Rom. ita

ANIMAD. §. 55

deponens: = Non solo i compagni non potevano reggere „ alle austerità del vivere, ma Benedetto XIV gli fece „ intendere, che moderasse la vita delle Missioni. =

505. Quid amplius *Sum. pag.* 171. §. 17. *et seqq.* de Ven. Aloysio refertur? Nempe = *Si pativa con il continuo viaggiare, con le scommodità del vitto vestito e stanza, con le tempeste di acqua neve venti freddo, mali alloggiamenti, scarsezza del mangiare, mutazione di Aria, pericoli di fiumi, di ladri, d' infermità, separata la stanchezza continua. In quelli giorni che si faceva la Missione nel predicare, confessare tutto il giorno e parte della notte, non restando molte volte tempo nè anche di mangiare per andare attorno a far la dottrina Christiana, esortare al Monasteri, carceri, ospedali, ed ogni altra sorta di persone. Basta il dire che con il P. Luigi non poteva il compagno resistere a lungo tempo, che però molti se ne mutarono, restando ammalati, e indeboliti dalle continue fatiche, essendo necessario negli ultimi anni del P. Luigi assegnarli due compagni per poter resistere alle fatiche* =. Exinde præter de die in diem succrescentem V. S. D. fervorem, duo dimanant, primo modum, quo Ven: La Nuza Missiones exercebat, non fuisse cœteris in Societate Jesu usitatum, uti initio opponebatur: secundo, quemadmodum B. Leonardi, ita et Ven. Aloysii tandem perfici, propterea quod in ea vitae austeritate, quam diu nemo perferre potuit, triginta annis ad mortem perseveravit.

506. Sed alter contextus ex *Sum. pag.* 200. §. 227: profertur, ubi P. Landollna alter ex V. S. D. Confessariis ita loquitur = „ Nell' aggiutare i prossimi era straordinario, perche trava- „ gliava indefessamente, ed a mio parere il suo travaglio „ nell' aggiuto delle anime non poteva essere senza ag- „ giuto soprannaturale. Mi occorse una volta, che mi do- „ mandò, se volessi andar compagno con lui per conver- „ tire un certo schiavo Turco, e dicendo di sì, andammo, „ e in pochissime ore essendo di està ad ore 18 senza che „ egli avesse riguardo a sfuggir le strade piene di sole vi- „ sitammo molti schiavi, molti infermi e bisognosi, sem- „ pre parlando cose utili per l' anima, dando a tutti *moni- „ ta salutis*, e fu con tanto travaglio, che io non potendo „ più andargli dietro li dissi, che era in tal maniera strac- „ co, che non poteva più, ed egli volendo andare alle Ga- „ lere mi condusse in Casa professa, e immediatamente si „ ripigliò un' altro compagno, ed andò, ma non so dove „ avesse andato, ed io mi restai così stracco, ed addolorato „ di capo, che per tre giorni mi sentii stordito, onde non „ essendo io di natura e di forze deboli feci concetto, che „ perciò Iddio mi volse far conoscere, che in modo par- „ ticolare concorreva col P. La Nuza nell' aggiuto delle ani- „ me = In hac ego consequentia, quam a speciali divino auxilio P. Landolina ducit, haud insistam, ne mihi ad superna dona quaque in re confugienti Animadversio succen-

seat. Modum, quem ipse quærit ad trutinam revoco. Intelligitur totum iter in Urbe Panormo confectum, et Ven. Aloysium via quidem non recta, sed huc illuc captivos infirmosque quæritando a domo professa ad portum contendisse. Hora certe æstivo tempore quieti potius, quam itineri fuisset opportunior: sed viro charitate æstuanti quæ ratio quietis? Delegit sodalem viribus satis firmum: sodalis assentitur. Iter multa mora intercipiebat, cum Turcis, cum infirmis, cum aliis monita solutis suppeditarentur. Nihilo tamen secius capite laborare cæpit sodalis: Ven. Aloysius illius misertus domum reducit. Alio sodale assumpto, iter opusque suum perficit. Nonnè vides in mansuetudine charitatem? Nam P. Landolina æstivis horis ac tempore (lubenti animo socium se Ven. Aloysio adjecit. Cujus quidem infirmitas id effecit, ut operi charitatis absolvendo labores et incommoda V. S. D. multiplicaret.

307. Ad Charitatem erga se ipsum quod pertinet, rem breviore calamo expedimus. Duo enim quoad bona spiritualia profundissimæ humilitatis actus proferuntur *Animad.* §. 56. quorum primus est, supernaturalia dona occuluisse, prout eruitur *Sum. pag.* 299. §. 11. ubi sic legitur. - *Il P. La Nuza aveva un basso concetto di se stesso, parea si stimasse un gran peccatore, e pure visse una vita sempre irreprensibile. Con essere io vissuto domesticamente con lui, ed amandomi per sua Carità teneramente, non mai però confidò meco un dono, e special sentimento, che Dio Nostro Signore le avesse fatto, e sinora non l' ho inteso, che l'abbia fatto ad altri Padri Spirituali, tutto che fosse tanto favorito da Sua Divina Maestà, tanto dedito all' orazione, e ad ogni altro esercizio di virtù.* » In cæteris causis ad hunc usque diem cælestium donorum manifestatio vel Confessariis facta cenedoxiæ vitio tributa est, nunc Ven: Aloysius, quod silentium de iis servaverit, reprehenditur. Quænam vero fuerint hujusmodi dona inspiciamus. Neque enim a Deo dignatus fuit revelationibus, visionibus, similibus illustrationibus, quo nomine appellat Animadversio, in quibus poterat se illusio immiscere, eamque ob causam aliorum consiliis ipse Ven: Aloysius indigere; at quemadmodum constat ex actis, cogitationum intimique status manifestatione, futurorum præscientia, rerum remotarum cognitione, quæ omnia ad prophetiam referuntur, et gratia curationum ac sanitatum fuit a Deo cumulatus. Itaque se prophetam ac thaumaturgum prædicare, confessariis non interrogantibus minime debuit. Dum in pœnitentiæ Sacramento peccata sua confiteretur, totus in eo erat, pront oportuit, ut superioris vitæ labeculas expiscaretur, pœniteret, ut veniam a Deo impetraret. Extra Sacramentum si nihil manifestavit, quid signi est hoc nisi nullam pandendi necessitatem occurrisse? Qua quidem exclusa, actum esse humilitatis cælestia dona celare, nemo negaverit. Itaque omitto illud considerare, P.

ANIMAD. §. 56

Vitalem, a cujus verbis hæc objectio desumitur, pro se uno dumtaxat probare. Nam si ab aliis V. S. D. moderatoribus nihil tale ipse accepit, exinde sequitur, alios non dixisse, haud vero aliis Ven. Dei Servum non aperuisse, si opus fuit: quod si non fuit, et cum aliis rectissime conticuit.

308 Alter quoque actus profundissimam humilitatem redoleret, si Ven. La-Nuza dixisset, optare *se mori in loco*, ubi omnibus esset ignotus, et sola Domini sui præsentia et assistentia frueretur. Neque enim deessent aliorum Sanctorum exempla. Pronum quoque Ven. Aloysio fuisset, mortem S. Francisco Xaverio similem desiderare, cujus vitam fuisset æmulatus. Sed quia hoc in medium ponitur tamquam a primo patrono assertum, et in actis inveniri non potuit, ideo ab hac diluenda Animadversione, abstineo. Cæterum renuere Ecclesiæ subsidia non potuit, qui Domini sui præsentiam et assistentiam cupiebat: neque Sacramenta in morte rejicere voluisse dicendus, qui tanto studio, dum viveret, non solum suscepit, sed etiam administravit, atque inculcavit.

ANIMAD. §. 57

309 Quoad bona temporalia objicitur *Animad.* §. 57. ex pluribus summarii locis durissimus Missionum labor, suique corporis castigatio cum vitæ detrimento, unde concluditur, ultra modum, nullaque utilitate contra seipsum sævisse. Utrum hæc omnia aliquam pepererint utilitatem, necne, dicant Infideles, peccatores, meretrices, quas La-Nuza ad Christum perduxit. Fuisse extra modum, et vitam exinde absumi concedo. At utrum extra modum cum vitæ discrimine suum corpus coercere, immensosque labores pro Dei gloria, et animarum salute suscipere liceat in Ecclesia Dei, dicant Sancti Missionarii, et Pœnitentes simulque Innocentes. Rerum nostrarum moderator Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 5. *et* 6. affirmat, immodicas corporis mortificationes probabile esse, sed non certum, vitam abbreviare; novum non esse, et speciali Dei providentia contingere, ut rigidissimi Pœnitentes vitam ultra consuetos cæterorum hominum terminos produxerint, quemadmodum patet exemplis SS. Pauli primi Eremitæ, Antonii, Arsenii, Eutyminii, Theodosii, Joannis taciturni, Quiriaci, Zosimi, et aliorum, qui vitæ maximis incommodis attriti eam ultra centum annos produxerunt; posse aliquem licite et cum merito asperum vitæ genus amplecti ob finem supernaturalem, ut Deo videlicet inserviat, ut concupiscentiam refrænet, etsi prævideat, illud sibi esse mortem acceleraturum, dummodo id præstet sine intentione sibi mortem inferendi, aut vitam abbreviandi. Hæc intentio quum nec in casu præsumi possit, neque probetur: quumque immodicas asperitates supernaturali fine susceptas tota V. S. D. vita demonstret, et eventus evincant, reliquum est, ut licite et cum merito susceptas confiteamur.

310 Jam vero ad virtutes Cardinales accedamus. Nonnullis ex Benedicto XIV. adnotatis *Animad*. §. 58. R. P. Fidei Promotor *Animad*. §. 59. concedit Ven. Aloysium La-Nuza divinitus in Societatem Jesu vocatum, et negat progressum de virtute in virtutes defectu prudentiæ, justitiæ, temperantiæ, fortitudinis, humilitatis. Quapropter de iis nunc primo agendum, quæ prima Religiosæ sanctitatis elementa constituunt. Singula tamen perpendamus.

ANIMAD. §. 58 e 59

311 Plura sunt, quibus V. S. D. prudentia labefactari contenditur. Imprimis profertur epistola, quam V. S. D. misit Agrigentinæ sanctimoniali, ex qua arguitur eidem occasionem scandali præbuisse, quæ non sine aliqua causa putavit injuste agi secum de arcanis in Sacramento Pœnitentiæ panditis. Eadem hæc Monialis est, de qua supra §. 219. *et seqq*. egimus, et de qua alia Monialis sic deposuit *Sum. pag*. 332. §. 49. « E mi voleva dire che il P. La-Nuza ci » aveva detto, che la penitenza dovutali per i suoi pec- » cati, l'avrebbe fatta il detto P. La-Nuza per lei. Occorse » passato qualche tempo che la detta Monaca, perchè ave- » va la soprintendenza della farina, ebbe che dire con un » altra monaca, e ci si disgustò, e il P. La-Nuza ci scrisse » da Palermo una lettera, nella quale la riprendeva della » xarra fatta con quella Monaca dicendoci queste parole » nella lettera: *Io perchè mi ho addossato di pagare li vo-* » *stri peccati s o ammalato disteso in un letto pagando per* » *voi, e pure voi vi disgustate colla vostra sorella per un* » *piatto di farina*: la qual lettera fece stupire ad ognuno, » che l'intese, tenendo tutti detto P. La-Nuza per un San- » to, il quale sapeva le cose da lontano. « Ergo non occasionem scandali præbuit, sed in admirationem adduxit illa V. S. D. epistola tum monialem, tum cæteros ex manifesto dono supernaturali. Neque arcana in Sacramento Pœnitentiæ commissa pandidit; hæc enim arcana, quæ sub sigillo cadunt, sunt peccata in Sacramento audita ex doctrina S. Alphonsi de Ligorio in sua Theologia morali *lib*. 6. *tract*. 4. *dub*. 1. *num*. 661.; et in sua institutione ad Confessarios *cap*. 14. *punct*. 8. *num*. 157. quæ neque directe neque indirecte significavit. Neque injuste egit, tum quia V. S. D. literæ pœnitenti Moniali, non aliis erant missæ, tum quia ab ipso V. S. D. existimatum, efficacissimum ad charitatem excitandam fore argumentum, uti reapse fuit, secretam illius rei recordationem.

312 Præterea imprudentia notatur *Animad*. §. 60. quod Virgines periclitantes cum mulieribus conversis collocaret. Hoc autem loco contextus vero sensu intelligendus. Sic enim legitur in *obj. pag*. 75. *Nov. Elenc*. = *Maritava spesso povere orfanelle colle elemosine, che le procurava di denari, letti, biancherie, e cose simili. Moltissime fanciulle pericolose le faceva ricettare in casa di varie Signore, che le tenevano ritirate, e duravano santamente, trattandole da fi-*

ANIMAD. §. 60

glie, e poi per ordinario cresciute, e ben educate le collocavano conforme al loro stato e meglio ancora, come tra le altre la Signora Baronessa di Tripi solea fare: moltissime ancora ne facea mettere in luogo sicuro, come le Vergini nei Monasteri o in casa comune colle altre Orfanelle, e donne pubbliche convertite nelle case delle Reparate e Ripentite in Palermo, ed altrove per Sicilia = Hic ad verum sensum eruendum in illis verbis = *e donne pubbliche convertite* = subaudiendus articulus = LE =, qui etiam deest in processu, ut legas « faceva mettere in luo» go sicuro, come le Vergini nei Monasteri o in casa co» mune colle altre Orfanelle, e LE donne pubbliche con» vertite nelle case delle Reparate o Ripentite = et intelligas, respectivas fœminas respectivis in domibus distribuisse. Nam si ita legas = *metteva in sicuro le Vergini in casa comune colle altre Orfanelle, e donne pubbliche convertite nelle case delle reparate* =, deerit sensus, et oberit contextus. Sane ex contextu eruitur, studium ac voluntatem V. S. D. extitisse, ut fœminas in tuto collocaret, eaque de causa tum Panormi, tum alibi in Sicilia communes domos pro Orphanis, distinctasque ædes pro mulieribus conversis constituisse. Itaque nihil erat causæ, quare virgines cum iis, quæ perditam vitam duxerant, simul compelleret. Neque dicas id Ven. Aloysium necessitate fecisse. Nam primo necessitas factum defendisset: secundo, quando necessitas convictum virginum cum orphanis interdixisset, illas Monialibus et nobilissimis fœminis commendabat: tertio prudentius erat, ut virgines periclitantes sub disciplina cum conversis viverent, quam libere in mundo conversarentur. Quid plura? Totus contextus separatas singulis indigitat ædes, et domicilium. Etenim immediate sequitur = *E dove non vi erano simili case, procurava di fondarle con edificazione, e frutto notabile, e benedizioni comuni. A Lentini l'ultima volta ch'Egli vi fece la quaresima, ed io vi andai insieme col P. Luigi Carusu, trovammo da lui in altro tempo fondata una casa di Orfanelle, che tuttavia durava con tanto fervore, che bisognava raffrenarle, massime ad alcune tanto modeste, e ritirate, tanto invogliate a conservare la santa purità virginale, che dubitando non le forzassero nd uscir per maritarsi (come solevano fare con le altre loro compagne per dar luogo ad altre bisognose ad entrarvi per educarsi) essi facevano voto di verginità, e di farsi religiose con animo o di restar ivi per sempre, o di passare a qualche monastero almeno per serve. Tanto egli le sapeva ben educare, e tali ajuti ci lasciava. E così parimenti faceva con le donne fallite poi pentite, fondando case delle Reparate ec. E quando non potea fondare simili case, procurava che le orfanelle fossero ricevute in casa di alcune Signore, e persone di coscenza, e zelanti della gloria di Dio. Alle donne ripentite, quan-*

do non poteva metterle in sicuro, come si è detto egli, le procurava elemosine sufficienti, v. g. alcuni mondelli di frumento o di farina la settimana, o dalli Procuratori delle terre, o da altre persone divote e comode per tutto quel tempo, che esse durassero nel bene incominciato, e per non ingannarle, ritornando al vomito, e godendo di quelle elemosine senza frutto. e per stare col timore di non perderle, gli assegnava alcune persone degne di fede, che chiamava Deputati, per spiarne la vita loro, averne cura, e procurarci quella limosina, e darle ancora di quando in quando qualche buon ricordo, e far che frequentassero i SS. Sagramenti. Quando poi ritornava a missionare, e predicare in quelle Terre, ovvero CAPTA OCCASIONE *passava per colà, visitava le suddette case e persone, le ammoniva, ci predicava, le provedeva andando per terra* (adverte hic quoque deesse articulum *la*, et legendum esse, *ondando per LA terra*) *anche di porta in porta eziandio tra fanghi, e piovende, accattando limosine per esse, raccogliendo vesti, denari, tela, mance, e cose da poter vivere, e travagliare. Delle Recuperate non poche perseveravano, ed attendevano alla perfezione cristiana, benchè anche ve ne erano che ritornavano al vomito, ed Egli si consolava col detto del N. S. P. Ignazio. Basta che per questo tempo, e per una sola notte non offendessero a Dio Nostro Signore: e solea dire: queste sono mercanzie, ma non per questo si dismette, ne anche li Mercadanti lasciano di proseguire le loro mercanzie, se talvolta gli falliscono* =. Hic contextus omnem satis Animadversionem elucidat, et V.S. D. non solum prudentiam, sed etiam charitatem apprime ostenlat.

313 Insuper V. S. D. imprudentia arguitur *Animad.* §. 61. ex quodam facto, quod in sua relatione narrat P. Bernardinus Faso Ordinis Prædicatorum. Ut intelligatur, præmittendum relationis initium ex Proc. Apost. Panorm. *fol.* 1582. *terg.*

ANIMAD. §. 61.

» L'occasione che io ebbi di contraere amistà e servitù col
» Ven. P. Luigi La-Nuza, fu, che avendo cooperato colla
» Sig. Duchessa Vecchia di Camerata di fare entrare nella
» Badia delle Reparate una giovane di nome Orsola, con-
» cubina di un Barone della medema Terra, che dalla di
» costui moglie era stata fatta ferire a morte per gelosia
» del marito, questo mio buon intento udendo esso Padre
» Luigi tutto fervore di zelo verso quell' anima, mi venne
» a visitare in Convento di S. Domenico, dove io mi tro-
» vavo allora studente formale, e dopo mille tenerissimi
» abbracci, e dolcissime parole di santo affetto chiaman-
» domi fra le altre cose corredentore delle anime, con alta
» carità mi esortò a proseguire, ogni qualvolta che la
» mortalmente ferita donna campasse di morte, la comin-
» ciata impresa, come in effetto poi maggiormente avva-
» lorato dall' opra sua, e dalla sua autorità il tutto felice-

» mente si prosegnì. = Et multis interjectis prosequitur
» *Sam. cit. pag.* 286. §. 76. 77. = Si stimava Egli così fra-
» gile, che fuggiva a tutta possa ogni allocuzione di donne.
» Dopo aver parlato per non potere fare di meno per zelo
» di quell' anima a quella Orsola sopradetta, non si potè
» indurre a parlarci più, quantunque io molto ne lo pre-
» gassi, ma ci mandava me. E dicendo io: *Perchè non*
» *ci và Vostra Paternità come soggetto più assai di auto-*
» *torità di me? Mi rispose: Ora figlio io temo. Al che*
» *soggiungendo* io: *Se temete voi, che siete vecchio, quanto*
» *più devo temere io che sono giovane?* Ma tutte queste ra-
» gioni non furono valevoli per farcelo un' altra volta par-
» lare. =

314 Non ergo de nobilissima fœmina agitur, non V. S. D. ad eam christianis virtutibus excolendem fuerat vocatus, non ipse juvenem presbyterum misit, uti putat Animadversio; propterea quod ipse referens concubinam curandam, tuto in loco collocandam, et ad bonam frugem reducendam susceperat. Itaque, ut omittam, prudentius fuisse ab aliena messe abstinere, Ven. Aloysius La-Nuza, quantum in se fuit, spirituali sauciæ mulieris bono consuluit, cum primo colloquio salutaria monita suppeditavit, uti credendum est. Magis autem saluti, zelo, ac profectui P. Bernardini prospexit, quum pro tanto facinore invisit, gratulatus est, animarum conredemptorem salutavit; quum auctoritate operaque sua adjuvit, quum respondendo: = *Ora figlio io temo* = docuit, quam caute etiam in senectute cum mulieribus tractandum esset; quum exemplo suo, qui exoratus redire noluit, idem confirmavit; quum voluit, ut opus zelo susceptum felici exitu consumatum ipsum, qui susceperat, juvenem Presbyterum vehementius ad charitatem inflammaret. Quid dicam de se ipso? Qui nulla adactus necessitate a facie mulieris, cui Pater ex ordine Prædicatorum aderat, et cui ipse consiliis opitulari abunde poterat, prudentissime cavit.

ANIMAD. §. 63.

313 Deinde arguitur *Animad.* §. 62: non congruere cum verbis Christi = *habete in vobis sal* = *estote prudentes sicut serpentes* = adagium, quod, si a falsis pauperibus deciperetur, repetere solebat = *bisogna lasciarci gabbare*. = Ego autem nescio, utrum prudentius dictum inveniri possit. Mendicus enim eleemosinam petens gravissimam pro se habet egestatis præsumptionem. Itaque si ignotum mendicum nullo adjumento innixus existimas indignum, factus es judex cogitationum iniquarum, ut scribit S. Jacobus Apostolus. Hinc satius est indigno tribuere, et *lasciarci gabbare*, = quam dignum rejicere; objecta autem verba Christi nemo ignorat, neque dicta, neque applicanda esse eleemosinis, secus enim charitas destrueretur, quia aliud quoque verum est adagium, quod sæpe V. S. D. usurpabat = *il sa-*

zio non crede al digiuno = atque tunc pro divite præsumptio convertitur, atque eleemosina dignis etiam denegatur.

ANIMAD. §.63.

316 Denique factum *Animadversionis* §. 63. citatum per se defenditur. Sic enim prostat in Novo Elencho *pag.* 252. *ex adv. obj.* = Vi era in detta Casa (*professa Panormitana*) un giovane servitore, che perseverava per entrare » nella Compagnia, se lo chiamò segretamente il Padre » La-Nuza, e poi interrogollo, se veramente avesse desiderio di farsi Gesuita. Rispose quegli che sì. *Ma avvertite*, soggiunse il Servo di Dio, *che dovrete esser pronto* » *all' obbedire anche in cose difficili, e alla natura repugnanti. Son prontissimo*, rispose il perseverante: *Orsù*, » ripigliò il P. La-Nuza, *venghiamo alle prove*: e datogli » prima il comando di non dir nulla, gittossi supino a terra » ordinandogli, che gli calpestasse ben bene la faccia. Ri» pugnò quel giovane: *Dunque*, disse il P. La-Nuza, *non* » *sarete buono per Gesuita, perchè meno ubbidiente*, gli » addusse tante ragioni, e poi tante preghiere, che indus» selo a far quanto pregava l'umilissimo Padre. Soggiunse » dippiù il Fratel Gilberto ad esso testimonio, che entrò » quel perseverante nella Compagnia, ma non vi morì. = Quanta cum Veteris Testamenti Prophetis in hoc facto analogia! imprimisque cum Eliseo, qui, cum Gereoboam Regi Israel præcepisset, ut jaculo terram percuteret, et ipse percussisset *iratus est vir Dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem, nunc autem tribus vicibus percuties eam* = 4. *Reg.* 18, Porro mitissime non Regi, sed perseveranti famulo respondit Ven. Aloysius: eumque, ob inobedientiam e Societate rejiciendum vaticinatus est, quia numquam percutere voluit, etsi in rebus etiam repugnantibus obtemperandum fuisset præmonitus. Hæc prono velut alveo ex facto fluunt. Hinc inopportune duo derivat Animadversio, nimiam scilicet rei arduitatem, incussumque adolescenti terrorem. Namque arduitatem sustulit præmonitio, ut in rebus arduis naturæque repugnantibus esset obsecundandum, cui se promptissimum adolescens erat professus. Terrorem mitissima V. S. D. actio ex præmissis suapte natura descendens incutere non valuit. Quapropter in prudentia divino lumine adjuta heroicam V. S. D. humilitatem admiramur.

ANIMAD. §.64.

317 Post hæc negatur V. S. D. progressus de virtute in virtutes defectu Religionis, quæ refertur ad partes justitiæ potentiales *Animad.* §. 64. Quæ huc spectant ex actis omnia colligamus. *Sum. pag.* 145. §. 5. Testis VI. Ord. Panorm. *De visu* Leonardus Capi Coad. Temp. Soc. Jesu deponit: = *Diceva la Messa con grandissima divozione, e la durava più di mezza ora nella Cappella della Casa.* = Testis I. Ordin. Drepanen. pariter *de visu*: *Sum. pag.* 152. §. 62. deponit. = *La Messa la diceva con tanta divozione ed affetto*,

che non potendo moderarlo bisognava lasciar trascorrere il tempo, e trapassare lo spazio di tempo, che la nostra regola prescrive. Onde qualche volta qualcheduno Superiore più per comune edificazione, ed esercizio della virtù del Padre, che per altro motivo ne fece leggere pubblicamente la colpa per durare la S. Messa più di quello, che prescrive la regola. P. Frazzetta *Sum. pag.* 294 §. 28. de auditu a Nuntio Episcopi Mazariensis ministro (vulgo Palafreniere) deposuit : *Disse ch' essendo un giorno la festa dell' Immacolata Concezione gli ordinò, che si confessasse, e dopo la confessione servendogli il detto Nunzio la Messa, come solea fare ogni giorno, vestito già a Messa il detto Padre gli disse che acconciasse un poco il pollio dell' Altare, e mentre detto Nunzio stava calato a terra per fare quanto il Padre gli aveva ordinato, lui s' inginocchiò e li baciò li piedi pregandolo, che lo perdonasse, e non dicesse niente a nissuno, e dopo seguitò la Messa già incominciata, e detta quasi tutta la confessione.* = Id in privata Episcopi Cappella factum est, ut patet ex contextu *loc. cit.* nemine præsente. Idem P. Frazzetta *hist. lib.* 2. *cap.* 2. *pag.* 146 : scribit : = *Correvano ad udir la sua Messa quanti si trovavano in Chiesa, e dalla riverenza colla quale egli maneggiava quel divino mistero, dal volto che gli scorgevano sopra modo acceso, dal vederlo quasi alieno dai sensi, argomentavano, che nell' Ostia consagrata vi scorgesse più chiaro, e visibilmente quello stesso, ch' eglino non vedevano, ma credevano.* = Hæc sunt, unde Animadversio eruitur, quæque responsioni sufficiunt, quum in aprico rem ponant. Cum enim R. P. Fidei Promotor V. S. D. missam plus æquo prolixam appellet, illumque actum, quo idem V. S. D. initio Missæ pedes ministri obsculatus est, reprehendat, tum nos ex recitatis testimoniis nimiam prolixitatem negamus, actum vero excusamus.

318 Namque S. Ignatii regula, quæ inter regulas Sacerdotum est quarta, his verbis concipitur: = *Cæremonias Missæ ex usu Romano accurate unusquisque observet : in eaque celebranda pronunciationem et quacumque aliam exteriorem actionem ita moderetur, ut non minus aliorum ædificationi, quam propriæ devotioni serviat : et ideo semihoram in faciendo sacro non multum excedat, neque ita brevis sit, ut illam non expleat.* = Itaque semihoræ tempus missæ celebrationi hac regula præfinitur, ita tamen, ut breviore tempore non sit explenda, possit autem ulterius, sed non multum produci. Jam vero primus ex modo allegatis Testibus inquit = *la durava più di mezza ora nella Cappella di casa.* = Hic autem excessus non multus esse debuit, secus enim Testis deponere debuisset - *la durava tre quarti d'ora* - aut aliud simile. Itaque irregularis non fuit excessus. Neque inania sunt alia Testis verba - *nella Cappella di casa* - quibus significatur, Ven. Aloysium, dum privatim celebraret, semihoram ex-

cessisse, haud ita tamen, dum publice in Ecclesiis sacrum faceret.

319 Eccur ergo celebrantis prolixitas a Superiore publico in triclinio culpa notabatur? Hujus rei causam is idem allegat, qui prolixitatem culpamque deponit, cujusque proinde testimonium partim admitti, partim rejici, aut interpunctione scindi non potest, scilicet – *per comune edificazione, e per esercizio delle virtù del Padre.* – Cum igitur Ven. La-Nuza vera culpa vacaret, neque sua privata prolixitate regulas violaret; quumque insuper non fastidium pararet, sed aedificationem excitaret in sacro faciundo, uti P. Frazzetta testatus est, atque insuper addidit *hist. loc. cit.* – *così per dar largo campo alla sua divozione, quanto per liberarsi dal tormento de'secolari, che correndogli dietro per udir la sua Messa, dicevano il Santo il Santo* –, postremis temporibus in sacello tantum domestico celebrare fuisse adactum; haec responsioni sufficiunt. Plura hac super re primus Patronus *a* §. 358. *ad* §. 370. disputavit, quae ab eo, qui plura cupit, erunt inviseuda. In excludenda siquidem prolixitate esse non decet prolixos.

320 Neque graviorem eximii Censoris reprehensionem promeretur actus. Fuit enim pius, religiosus, humilis, ut ministri pedes oscularetur. Inhonestum actum fecisset indecentia: verum quae indecentia, ubi nemo aderat? Maluit celebrationi missae praemittere humilitatem, cujus exercendae occasio ante confessionem oblata non fuerat. Sic imitatus est Christum, qui ante mysterii institutionem surrexit a coena, et lavit pedes discipulorum. Quid tandem Animadversio reprehendisset, si Ven. La-Nuza id egisset, quod S. Franciscis Xaverius, qui se ad illa verba – *Orate fratres* – convertens ad populum pro quodam, qui tunc mortuus erat, vulgari sermone publice suffragia expetivit? Si id egisset, quod S. Bernardus, qui abrupto Sacrificio, Sacratissimum Christi corpus manu tenens prodiit extra Ecclesiam, et Guillelmum Aquitaniae ducem vehementi oratione prostravit? Si id egisset, quod S. Joannes Eleemosinarius, qui apud *Boll. ad diem* 23. *Jan.* die dominico solemniter celebrans, jusso diacono toties iterare orationem donec rediret, reliquit altare, quaerit clericum, quem prius excommunicaverat, neque absolverat, malumque animum contra se retinere putabat, pacemque precatur? Tam mira cum suspiciamus in Sanctis, quid erit causae, quare tam minima in Venerabili non excusemus?

321 De acerbis corporis castigationibus, ad quas nos iterum vocat Animadversio §. 65.: satis apte dictum esse arbitramur hic supra §. 309. *ANIMAD.* §. 65.

322 Demissionis animi V. S. D. accusatur *Animad.* §. 66., propterea quod suam sententiam acriter defendere numquam voluerit. Factum per se loquitur quod explicat P. Vitalis *in Nov. Elen. pag.* 143. » Mortificò assai il proprio giudizio, *ANIMAD.* §. 66.

» e subito il posponeva a quello di altri, benche vedesse
» chiara la ragione per se, il che occorreva spesso: nel-
» le ricreazioni o dispute di casi egli cedeva agli altri,
» tuttochè fosse versatissimo ne' casi. In Palermo l'anno 1653
» si propose in una consulta di farsi le Missioni per li cor-
» tigli della Città.

Il P. Preposito fece prima proporre le ragioni al P. La-
» Nuza, dissero poscia gli altri Padri, a me toccò l'ulti-
» mo luogo; e veggendo io, che si framettevano alcune
» difficoltà di non tanto rilievo, cercai alle maggiori, e
» più efficaci ragioni persuadere, che si fossero fatte. Il
» P. Preposito di nuovo accennò al P. Luigi, che viste le
» ragioni *hinc inde* dasse l'ultimo suo parere. Ed il P.La-
» Nuza tuttoche da se giudicasse dover fare la Missione già
» detta, pure si rimise in modo come se quel negozio
» niente gli premesse ». Hanc agendi rationem præclarissi-
mus Censor infirmitatem in his, quæ Dei sunt, appellat.
Sed Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 52. inter humi-
litatis actus recenset, ostentationem evitare in contentioni-
bus, et disputationibus, et negotiis gerendis ex illo *Eccl.*
5. *vers.* 15. » *Honor et gloria in sermone sensati* » Itaque
quum suam sententiam aperuisset, eamque P. Vitalis stre-
nue defendisset, iterum rogatus liberius in voluntatum di-
screpantia judicium Præposito relinquere suæ duxit humi-
litatis. Cæterum etiam, si initio tacuisset, cuivis persua-
sum esse oportuit, Ven. Dei Servum stare pro Missioni-
bus. Cum autem initio judicium protulerit, secundo se cæ-
teris remisserit, evidentissimi id signi est, noluisse vel con-
tra discrepantes contendere, vel eos quomodolibet offende-
re, neque videri, arbitratu suo rem esse definitam, quod,
inoffensa fortitudine, veram exhibet humilitatem.

ANIMAD. §.67.

323 At enim gravioribus dictis probatur, humilitatem V. S. D.
propriam haud fuisse. Quid enim, quod dictitaret = *stimo
più la mia scarpa, che la corona, ed anche la mitra del
Papa ?* = Quid, quod de obedientia jactaret = *Vedete,
questa è la impronta de' veri figliuoli di S. Ignazio, que-
sta ci distingue da qualunque altro religioso istituto, non
già la veste, che portiamo indosso* = Quæ verba non so-
lum exageratam sui instituti existimationem, sed inordi-
natam quoque excellentiam præseferunt. *Animad.* §. 67.

324 Advertendum, Regum coronas cum Mitra Pontificia Ven.
Aloysium conjunxisse, ex quo datur intelligi, illum de
temporali dominatione loquutum. S. Maria Magdalena de
Pazzis gravius quiddam eodem sensu est effata, dum in
ejus vita scripta a P. Cepario *cap.* 12. relata a Bullandistis
legitur » *Non solum non invidebat cuicumque Monarchæ et
Regi sublimitatem suam, sed neque Angelis ac Seraphinis
ipsis, quia, inquiebat, status Religiosus profitetur imita-
tionem Verbi Incarnati* » Ea ratio, quæ necessario a V. S.
D. ore dictum illud expressit, omnem adimit exageratio-

nem, affectumque erga institutum efficit regularem. Praeterea ut omittam tot illos vere sanctos, qui Episcopatum recusarunt, aut susceptum abdicarunt; ut etiam praeteream, quanto Gregorius ille Magnus monasticae vitae desiderio in Summo Pontificatu aestuaret: Quod Ven. La Nuza verbo elicuit, S. Petrus Caelestinus facto praestitit, qui Mitram Pontificiam in calceos monasticos commutavit. Hujusmodi in facto divinam inspirationem Ecclesia agnoscit, cum de eo canat » *Deus, qui beatum Petrum Caelestinum ad Summi Pontificatus apicem sublimasti, quique illum humilitati postponere docuisti* ». Idem de Ven. La Nuza asserere non audeo, ne religiosissimum Censorem offendam. Certe dum P. Vitalis deposuit, Ven. Dei Servum dixisse *Sum. pag.* 163. §. 51. » *stimo più la mia scarpa, che le corone ed anche la mitra del Papa* » statim adjecit » *il che a me parve cosa straordinaria in persona tanto parca, e circospetta nel parlare* ». Illud arguo, posse aliquem licite per se dicere, quod alius divino instinctu effecit. Cujus quidem dicti sensus est, se prae rerum quarumcumque humanarum splendore religiosam abjectionem adamare.

325 Faciliorem vero explicationem recipit illud alterum de obedientia effatum. » *Questa è l'impronta dei veri figliuoli di S. Ignazio, questa ci distingue da qualunque altro religioso istituto, non già la veste, che portiamo indosso* ». Scilicet omnis Ordo Religiosus peculiare aliquod suique proprium habet objectum, quo a caeteris discriminatur. In Societate Jesu hoc est perfectissima obedientia. Qua de re audiatur primo Suarez: hic enim *de relig. tom.* 3. *de voto obedien. lib.* 10. *cap.* 9. *num.* 1. scribit » *Dicendum obedientiam Evangelicam, ut perfectissima sit, amplissimam esse debere, et aliquo modo ad omnia perfecta sine limitatione extendi* ». Et numer. 6. » *Non omnes Religiones profiteri perfectissimam obedientiam Evangelicam. Hoc aperte supponit S. Bonaventura, dum ait, non omnes Religiones esse aequales in perfectione voti obedientiae* » Et num. 9. » *In Societate Jesu materia obedientiae in his, quae non sunt contra bonos mores aut regulam, amplissima est, et directe extenditur ad ministeria ardua, et difficillima, et ad bonum valde perfectum, et cum magna dependentia etiam in minimis a Praelatis* ».

326 Audiatur deinde Rodriguez, qui in suo opere » *Esercizi di perfezione* » *tom.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *pag. mihi* 314. *fin et seq.* pariter scribit: » Il nostro S. Padre sebbene vuole, che » in tutte le virtù, e grazie spirituali andiamo del conti» nuo avanzandoci, nientedimeno in questa virtù dell'ob» bedienza in modo particolare ricerca da noi altri gran » perfezione: e siccome trattandosi delle altre Religioni, » alcune sono insigni nella povertà, alcune altre nelle mol» te penitenze ed asprezze, altre nel salmeggiamento del » coro, ed altre nella strettezza della clausura; così egli

» desidera, che la Compagnia si renda insigne nella virtù
» dell' obbedienza, e che tutti procuriamo di segnalarci in
» essa e di pregiarcene, come se da quella sola dipendes-
» se tutto il nostro bene, e il bene della nostra Religione.
» E con gran ragione ricerca questo da noi il nostro san-
» to Fondatore; perchè il fine della Compagnia, dopo il
» proprio profitto, è procurare quello de' prossimi e ado-
» perarsi per salvar l'anime in tutto il mondo. E così quei
» della Compagnia hanno da star disposti e preparati, e
» sempre all' ordine per andare per tutto il mondo ad eser-
» citare i loro Ministeri, come tanti cavalli leggeri, pron-
» ti ad accorrere ove la maggior necessità lo richiede. E
» questo è l' intento del quarto voto che fanno i Professi
» della Compagnia, d' ubbidire al Sommo Pontefice in or-
» dine alle Missioni; cioè d'andare in qualsivoglia parte del
» mondo, alla quale il Sommo Pontefice li mandi, sia in
» Paesi di Fedeli, o d' Infedeli, e d' Eretici, senza intra-
» mettervi scusa alcuna, e senza dimandar viatico. E non
» solo per le Missioni alle quali siano mandati dal Sommo
» Pontefice, ma anche per ovunque li mandino li loro Su-
» periori immediati hanno d' aver tutti questa prontezza,
» e indifferenza; e oltre di questo l' anno d'avere per qual-
» sivoglia ufficio, e ministero e per qualsivoglia altra cosa
» che venga loro comandata; e dappoichè nella Compagnia
» v' è tanta diversità d' occupazioni, di ministeri, di gra-
» di, uno più alto dell' altro, vi è anche necessario un
» gran capitale d' ubbidienza. E questa fù la principal mi-
» ra e il provvido intento del nostro S. Padre nell' insiste-
» re tanto nell' ubbidienza, e nel ricercar da noi, che pro-
» curiamo di renderci segnalati in essa, e di pregiarcene
» come di cosa nostra propria; perchè sapeva, che ci ave-
» vamo da ritrovare a cimenti molto difficili, che in varie
» maniere da' Superiori si aveva a disporre di noi, e che
» dovevamo esser girati a qualunque verso. » Quia igitur
S. Ignatius quoad obedientiam præ cæteris tot ac tam mi-
nuta præscripsit; quia obedientiam ad ardua ac difficilli-
ma extendit; quia magnam in his omnibus dependentiam
a Superioribus exegit; quia præcipuum Summo Pontifici
obediendi votum exegit, verum est, quod Ven. Aloysius
edixit, non vestem, sed perfectissimam Evangelicam obe-
dientiam esse Alumnorum Societatis Jesu characteristicam,
eoque argumento ad obedientiam sodales promptius excita-
re sategit. Quapropter neque invidiosa, neque ab humili-
tate aliena extitit propositio sodalibus exposita, omnibus
manifesta a regulæ spiritu deprompta.

ANIMAD. §. 68. 327 Hactenus cardinalium defectu virtutum in V. S. D. progres-
sum de virtute in virtutem extenuare conata est Animad-
versio. In quo se nullum lapidem movisse cum præsenti-
ret, id ipsum assequi ex V. S. D. natura contendit *Ani-
mad.* § 68. Namque innixa illi dicto Testis LXXI. Proc.

Panormit. anni 1667. » *Posso dire che da alcune azioni, e dalla naturale sua fisonomia, della quale scienza ne ho qualche pratica, e ne posso parlare fondatamente, compresi che il P. La Nuza era di natura molto bizzarra, critica, iraconda, e libidinosa* » concludit, Ven. Aloysium hanc in suis actionibus indolem exhibuisse, neque aliam præseferre potuisse ex illo Christi apud Math. » *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere* » : unde ex variis Summarii locis superbiam, iram, impatientiam, temerarium judicium, dolosa dicteria comprobat.

328 Dictum objecti Testis usque adeo Sanctitatem V. S. D. extollit, ut amplius nihil possit. Hæc enim habet *Summar. pag. 222. et 223. §. 18. seqq.* » Ho conosciuto il P. Luigi » La Nuza, e l'ho pratticato in alcuni collegi della nostra » Provincia, e l'ho in concetto di gran Santo siccome è » concetto comune di tutta la nostra Provincia; Di lui non » posso dire cosa particolare perchè non l'ho pratticato lun» go tempo. Solamente posso dire che da alcune azioni, e » dalla sua natural fisonomia, della quale scienza ho qual» che prattica, e ne posso parlare fondamente, compresi che » il P. Luigi La-Nuza era di natura molto bizzarra, cri» tica, iraconda, et libidinosa, dalli quali segni io com» presi, essere stata grande la sua virtù, mentre nel suo » trattare era sommamente mansueto, e molto si asteneva » dal criticare, od osservare altri; di più osservandoli io » alcuni primi moti, che li sopravenivano repentini di col» lera, vedeva parimente, che il buon Padre facendo a se » stesso violenza li reprimeva, e nell'istesso atto mi accor» geva dell'atto naturale, e del virtuoso. E basta per di» re in una parola quel che a mio giudicio dir si può del» la sua virtù, che avendo per lo spazio di tant'anni prat» ticato con tanti Religiosi della Compagnia nostra, li qua» li sono d'occhio molto purgato, et avvezzi a conoscere » qualunque minimo neo di difetto, o imperfezione, pu» re non si trova in tutta la Provincia chi si ricordi di qua» lunque difetto, o imperfezione notata, et osservata in lui, » ma tutti di commune consenso lo stimano, non solo emi» nente in ogni virtù, ma arrivato al sommo della per» fezione ».

329 Huic Testis dicto male accomodatur illa Christi sententia Matth. cap. 7. v. 18. » *Non potest arbor bona malos fructus facere ec.* » Si enim de humana natura intelligatur, cum ab Adamo corrupta procedat, sequitur, hominem non posse bona agere, neque proinde liberum arbitrium ad pœnam, meritumve concedi. Itaque arbor sunt mores, quas sibi quisque pro suo arbitrio effinxit. Sane allegoriam Christus Dominus incepit a vers. 15. per illa verba » *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces* » et vers. 16 »

sequitur » *a fructibus eorum cognoscetis eos etc.* Scilicet homines præceptis salutaribus moniti et Divina istitutione formati non pravis animi cupiditatibus indulgere debent, sed recta ratione vitam moderari.

330 Quo autem studio Ven. La Nuza pravas suæ naturæ inclinationes fuerit moderatus, etsi affatim Testis indigitaverit, ad confirmationem tamen objecta Summarii loca explicabimus. Quoad superbiam objicitur primo *Summar. pag.* 151, *a* §. 55. *ad* 61. ubi agitur de maxima V. S. D. devotione erga SS. Trinitatem, et Christum Crucifixum, additurque » *Credo che sensibilmente gli abbi parlato Cristo Crocifisso, benchè egli in publico, mentre tutti li Padri stavano mangiando in refettorio per sua grande umiltà, e grandemente mortificarsi abbia ad alta voce detto la sua colpa, di essere tanto superbo* » ; qua in eloquutione duplici modo elucet humilitas cæteris Sanctis usitata, ut consideranti patet.

2. Obj. *Sum. pag.* 227. *et pag.* 231. *a* §. 18. *ad* §. 47. Sed probabilius *a pag.* 231. *ad pag.* 234., ubi P. Vitalis mille profert perfectissimæ humilitatis et obedientiæ argumenta, quemadmodum eum locum legenti apparebit. Cujus quidem loci omissionem, ubi ne umbram quidem superbiæ invenire potuimus, æqui bonique AA. Suffragatores concedent, ne totum Summarium sub hac una responsione nulla necessitate excudamus.

3. Obj. *Sum. pag.* 304. §§. 53. 54. Hunc locum, quia brevis est, hic recitamus, ut satius intelligatur, nullum esse superbiæ verbum, sed omnia summam redolere humilitatem » Teneva basso concetto di se stesso, ed alto » degli altri, specialmente di quei della Compagnia, onde » esortando ai nostri parlava con gran riserbo, e con sen- » timenti atti sì, ma non con quella energia, come soleva » in altre occorrenze ai Seculari, o alli Monasteri. E di- » cendoli io più volte, che esortasse ai nostri con maggior » efficacia e più vivamente, mi rispondeva umilmente ; » *Vada Vostra Riverenza a parlare in simil luogo, e ve-* » *dano costoro, che vogliono fare i schiamazzi* » mostrando » di rispettar tutti, e che lui ivi non avesse quella auto- » rità, che veramente aveva appresso tutti, il che nasceva » dalla sua grande umiltà. »

331. Quoad iram et impatientiam 1. Objicitur Summarium *pag.* 286. §. 73. 74. Sed ibi narratur inauditæ mortificationis exemplum, ut non adolescentem, at senem cuperet habere prædicationis Coadjutorem sodalem = *perchè la natura par che senta qualche consolazione e soddisfazione di trattar con li fratelli giovani, il che bisogna negarglielo* = : rogavitque Praepositum, ne sineret, juvenes se adire, propterea quod oratione magis, quam consuetudine adjuvare posset. Sed inaudita etiam cautela hoc exemplo insinuatur.

2. Obji: *Summ. pag.* 307 §. 84. Hic vero Testis Ven. Aloysium iratum exhibet, sed ira Sanctorum „ Mi occor„ se una volta di raccomandargli un negozio di una Si„ gnora nostra divota, che stava vicina al nostro Novi„ ziato. Non mi ricordo appunto adesso qual fosse: pen„ so però, che detta Signora avesse domandato che il Pa„ dre andasse in casa sua, o cosa simile, perchè sperava „ forse colla presenza et orazione di lui la salute di un „ Figlio, che aveva per molti anni matto; basta, comun„ que la cosa si fosse, quando la proposi al Padre, egli „ grandemente se ne risentì, e mi parlò con un certo „ sdegno, perchè entrò in pensierò, che quella Signora „ pretendesse da lui qualche miracolo, o grazia soprana„ turale „. Iram igitur provocavit humilitas, et castitas, ne sine Superioris præcepto fœminas inviseret: idque sat est, ut sine peccato dicatur.

3. Obj. *Summ. num.* 314. *a* §. 138. *ad* 40. Sed eodem in casu versamur. Nam Testis pro se ipso a V. S. D. præsente miraculum efflagitabat.

4. Obj. *Summ. pag.* 276. §. 138. 139. 152: ubi ira exinde insinuatur, quod, veste V. S. D. ab aliquibus excisa, sodales per jocum arguerent, illum Sancti loco communiter habitum, unde V. S. D. = *ancor del gioco arrossitosi, dimostrò nel di fuori il risentimento, che l'animo suo umilissimo avea di ciò sentito* =.

332. Vulgare autem est iratum illud S. Philippi Nerii effatum contra eos, qui suas laudes extollebant = *Sono un diavolo non sono un Santo* » Et in ejus vita lib. 2. cap. 17. num. 7. Baccius memorat = *Perchè quando Filippo veniva in chiesa tutti tanto uomini che donne gli volevano toccar le vesti, e s' inginocchiavano quando passava, il Santo fuggendo questo applauso a chi dava col manicotto, a chi colla mano dicendo: Levatimi dinanzi* = Ab aliis recensendis abstineho. Excellentem quippe humilitatis actum esse propriæ laudis horrorem ecquis ignoret?

333 Quoad temeraria judicia objicitur Summarium *pag.* 184. §. 119. ubi legere est = Era molto riserbato in giudicare » li fatti altrui, benche di sua natura fosse stato accorto » e sagace per altro, ed avrebbe inchinato a sospettare mag» giormente, se la virtù non avesse superato la natura » Ergo Testis probat, naturalem ad temerarium judicium inclinationem Ven. Aloysium fuisse moderatum, ibidemque evidentissimis exemplis confirmat.

334 Quoad dolosa verba dicteriaque I. objicitur Summarium *pag.* 169. §. 96. 97. ubi P. Bernardinus Faso Ord. Præd. testatur. » Era egli devotissimo della nostra Serafica Ver» gine S. Caterina da Siena, e di S. Vincenzio Ferrerio, » ed ogni volta che da lui mi licenziava sempre m' inca» ricava, che io le salutassi il P. Maestro, che così ei lo » chiamava, cioè S. Vincenzo, e la sua Innamoratella,

» cioè S. Caterina Senese. Faceva gran conto, e mi esag-
» gerava al sommo la regola della vita spirituale compo-
» sta da S. Vincenzo, di cui pure mi solea dare per esem-
» plare nella predicazione il suo stile piano, chiaro, e di-
» voto con essere un tal Santo Maestro di tutti li Predi-
» catori, come S. Tomasso l' Angelico di tutti li Scolastici.

2.° Obj. *Sum. pag.* 65. §. 209. » Io posso poi testificare
» di aver veduto il detto P. La-Nuza quando una volta fa-
» ceva la predica di S. Anna, con la faccia tutta risplen-
» dente, mentre stava esagerando, che cosa volea dire amor
» di Dio, e dicendo queste parole: *Sapete voi altri, che
» vuol dire amor di Dio?* talmente s' infocò nella faccia,
» che si fece tutto risplendente » In his fortasse locis ver-
bum » *esagerare* » sapientissimi censoris oculos offendit,
ut pro dolosis dicteriis venditatet. Aliud profecto nihil
intueor.

3.° Obj. *Sum. pag.* 89: §. 71. 72. ubi pariter invenies
aliud nihil, quam » *il modo, con il quale esaggerava pre-
dicando li punti principali della nostra fede* » Quapropter
cognoscitur, verbum *exagerare* sicula dialecto esse *vehe-
menter inculcare.*

4.° Obj. *Sum. pag.* 300. *a* §. 21. *ad* §. 32. ubi plures
evolvuntur humilitatis actus, præcipueque odii propriæ lau-
dis, ut miracula aliorum Sanctorum auxilio patrata dicti-
taret. Hinc rogatus » *Padre fatemi la croce* » respondebat »
nò che verrà addosso la croce » *Non mi toccate che vi
maledite* » Inopia argumentorum ipsæ virtutes erant in
speciem vitiorum commutandæ. Attamen unde arguebatur
defectus de virtute virtutem, ibi major factus est virtutum cu-
mulus. Quæ quidem eo clariores effulgent, quod iis exer-
cendis contra naturales animi propensiones continuo decer-
tare debuerit. Neque absimilem a Ven. Aloysio naturam sor-
titus erat *S. Franciscus Xaverius.*

ANIMAD. §.69.

335. Neque adhuc finis. Nunc enim primum in novissima
concertatione expenditur observantia votorum, et custodia
eorum, quæ tam in *regulis* quam in constitutionibus or-
dinis præscribuntur, quæ prima sanctitatis fundamenta con-
sistunt. Ac primo contra votum paupertatis nonnulla op-
ponuntur *Animad.* §. 69. quæ nonnisi evolvendis actis in-
serviunt. Namque in *Novo Elenc. cit. pag.* 57. nullo pau-
pertatis detrimento exprimitur devotio erga SS. Trinitatem
» Soleva tenere e dare alcune divozioni stampate della
» SS. Trinità. Teneva molte immagini di questo mistero,
» e in varie guise, come nel Crocifisso, che soleva por-
» tare, vi faceva dipingere sopra del medemo Crocifisso,
» il Padre Eterno con lo spirito Santo: nel Breviario credo
» che ne teneva più di dieci, ed in tavolino, ed oratorio
» di quattro altre, anzi in una Immagine della Beatissima
» Vergine sedente col Figlio in braccio e posta sopra una
» mezza luna, vi giunse una effiggietta del Padre Eterno,

» ed un' altra dello spirito Santo di carta sopramisa, ed
» altre volte ad un' altra Madonna degli Agonizanti vi so-
» prapose questo misterio, ancora tenendosi sempre ap-
» presso di se alcune immagini che erano al comune uso
» oltre quelle ec. per eccitarlo a varj affetti » Intelligitur omnes imagines fuisse chartaceas quæ nemini viro Sancto defuerunt, multo minus obfuerunt. Testis autem P. Vitalis talia deponens exprimit eas devotioni excitandæ inservisse. Igitur ne perperam hæc proferret Animadversio, contra Testem probandum erat, eas non in devotionem retentas, sed in dominium usurpatas.

336 Ibidem *pag*: »48. Testis idem narrat: = Mi ricordo che fa-
» ceva le sue mortificazioni occultamente, che per questo
» usava la disciplina di ottone, o di rame, o di ferro in un
» solo filo facendo meno fracasso, e più dolore, mostrava
» mangiare ogni cosa, ma senza gustarle le rompeva, e
» metteva sossopra, e talora mostrava metterle in bocca
» senza gustarle, anzi qualche volta buttava i bocconi, cosa
» che fin da fanciullo osservò, come intesi dalla Signora
» Francesca Lopez. = Non adeo peregrinum in Sanctorum historiis præclarissimum Censorem arbitror, ut nunquam occurrerint similes industriæ, quibus abstinentiam celarent simulque vitium singularitatis effugerent. Porro frusta panis et carnis, aut etiam jusculum miscere, nullo erat impedimento, quominus pauperibus prout in Societate destinantur commode inservirent. Bolum autem ore deponere, nulli vetitum accepi. Dapes prius deglutire, quam gustare, genus est castigationis. Verum in individuo animus magis, quam actus spectandus. Animum vero Testis aperuit. = *faceva le sue mortificazioni occultamente*. =

337 Summarii *pag*. 301. §. 32. idem Testis plurimis V. S. D. humilitatem exornat, ac præsertim: = Guastava le vesti vec-
» chie, e se s' induceva a portare le nuove, si era per l'ob-
» bedienza, ed affinchè la gente non gliele togliesse per
» reliquia, come sempre facevano; ma indarno, perchè
» anche queste nuove si smendavano, che era una compas-
» sione, quante volte ci tagliarono le vesti, mantelli, fel-
» tri ec., e sempre vi mancavano tovaglie, salviette, e
» specialmente fazzoletti, che per divozione si prendevano:
» anco le camicie soleano molto mancarci, parte perchè se
» li prendevano per divozione, parte perchè egli le dava di ele-
» mosina. Vi fu chi le presentasse alcune camicie, il che non
» so, se altra volta egli ricevesse; questa volta le ricevette, e
» poscia a poco a poco le distribuì alli poveri =. Si indusia eleemosinis accepta sibi pro oblatis retinuisset, credo paupertatem minime violasset. Eadem vero in eleemosinam erogare, quid in ipsa paupertate excellentius? Nam Superioris venia Missionario veteri, qui charitate sua tantopere prædicabatur, deesse non potuit: eo vel magis quod neque in accipiendo, neque in erogando quidquam Testis fuerit admiratus, ne-

que unquam auditum, illi Superiorem propterea succensuisse.

ANIMAD. §. 70.

338 Sic voti paupertatis custodia, ex objectis confirmata, ad castitatem, qua præ cæteris virtutibus V. S. D. inclaruit, accedamus. Ad illius impudicæ mulieris historiam revertimur, quam hic supra §. 300. explicavimus. Prima Animadversio hanc super rem ita disputavit, ut ne suspiciones quidem contra V. S. D. castitatem ausa sit invehere. Huic occurrit prima Responsio, quæ adeo satisfecit, ut nihil in secundo certamine de eadem re agendum fuerit, diversoque modo nunc promoveri oportuerit: *Animad.* §. 70. Etenim V. S. D. accusatur, haud temperanti oculo mulierem aspexisse, sine necessitate aut saltem utilitate pulsum tentasse.

339 Itaque imprimis non divina revelatione verum christiana charitate necesse fuisse protuemur, ut vultum mulieris intueretur. Inopportunæ quippe modestiæ et gravitatis, atque adeo ruditatis fuisset, ab invitata saltem primo occursu oculos prohibere. Objectum autem V. S. D. illud erat, ut mulierem sua sibi benignitate primum devinciret, deinde spe divinæ bonitatis Deo lucrifaceret, postremo minis ad bonam frugem induceret. Itaque primo urbanitatis officia præterire nulla debuit, quorum præcipuum est oculorum obtutum non denegare. Cumque alloquium Ven. Aloysius ab iis verbis exorsus fuerit = *Figlia di fatto sii molto bella, e devi ringraziare il Signore Dio di averti fatto così ec.* =: mulier certe sibi a V. S. D. illudi existimasset, animumque suum probabilius abalienasset, nisi V. S. D. semel saltem oculos in eam non intendisset. Quapropter meo quidem judicio castitate inoffensa potuit ac debuit accitam ad se mulierem aspicere. Primus Patronus §. 371. *et seqq.*. numquam vidisse defendit. Utcumque demum res fuerit, nullum certe peccatum est ad mulierem convertendam faciem intueri. Et intemperantem V. S. D. oculum probare debuit Animadversio contra factum, quod omnino repugnat.

340 Venio ad pulsus explorationem. V. S. D. objectum, ut dixi, et contextus evincit, illud erat, si blanditiis nollet, minis saltem ad cor rediret, mortemque propinquam aperiret. Hinc alloquium absolvit iis verbis = *sei già spedita* =. Inutile fuisset, hoc verbis tantum prædicare. Opportunior modus, quo id confirmaret, alteque insinuaret, pulsus erat exploratio. Ergo utilis non solum fuit, sed etiam necessaria.

ANIMAD. §. 71.

341 Tandem ut de regularum et constitutionum observantia agentes hunc tractatum absolvamus, regulas Societatis Jesu Ven. Aloysium plene observavisse, concedit R. P. Fidei Promotor: at reticere non potest plures admisisse singularitates *Animad.* §. 71. Unde singularitates hauriuntur? In diuturnitate ac fervore orationis. Itaque petit regulam in rerum divinarum contemplatione. Huc enim referuntur objecti ex

Novo Elencho contextus pag. 6. = *Questi esercizii piuttosto li andava crescendo, che li mancava, specialmente nelle Missioni, dove spendeva più tempo nell'orazione, che non faceva in casa* = et pag. 8. et 9. =. *Essendo già ora di tavola, e non comparendo il suddetto P. La-Nuza, allora il cennato P. Rettore mandò il detto fratello Cacciopo acciocchè lo cercasse, come egli fece, indagando se forse lo trovasse in camera, nell'oratorio, o nella cappella, ma non avendolo potuto ritrovare, finalmente passando vicino ad una stanza, dove si tenevano scope, ed immondezze, cioè spazzature, ed entrando in essa per vedere se forse fosse ivi, ve lo ritrovò con le mani incrociate, la faccia infiammata come un Serafino, ed in maniera di Uomo assorto in Dio* =. Et pag. 10. = *Li Compagni, che lo servivano mentre predicava si lamentavano di non trovarlo la sera, per farlo cenare, dopo averlo lungo tempo cercato lo trovavano ginocchione nell'oratorio* = Et pag. 136. exsolvitur ratio Missionum, quibus tempus a concionibus residuum = *lo spendeva tutto in aiuto delle anime, toltone il tempo prefisso all'orazione.*

342 Re sane vera Ven. Aloysius erat perfectus contemplativus, ut pariter ex iisdem Novi Elenchi locis colligitur: Nam *pag.* 5. legitur. « La vita del P. Luigi pareva una conti-
» nua orazione, ed unione con Dio. Stimo che la sua vita
» fosse stata una continua orazione, ed unione con Dio,
» *et pag.* 7. Quasi sempre stava in orazione, ed assorto
» in Dio, quando non era obbligato a trattar con li pros-
» simi per carità. « *Et ibid.* « Trovandomi io col Padre
» Dario Agliata, il quale é a miglior vita, m'ebbe a rac-
» contare famigliarmente, che essendo lui Rettore in Mar-
» sala, dove era il P. La-Nuza, lo vidde sempre cogli oc-
» chi pieni di lacrime, e con la faccia tutta risplenden-
» te, nel qual tempo il suddetto P. Dario Agliata si ac-
» corgeva, che il detto P. La-Nuza si era alzato dall'ora-
» zione. « *Et pag.* 9. » Con straordinaria composizione, e
» lagrime molto orava » *Et ibid.*: » Nell' orazione ho in-
» teso che fu trovato da un servitore di sua casa (*pater-*
» *næ*) alzato da terra con averne fatto prova tastando con
» la mano lo spazio tra le ginocchia, e la terra stessa « *Et*
pag. 10. « Si poteva far conto tutto il tempo che il P. spen-
» deva orando fra giorno, e notte arrivava alle sedici in
» diecisette ore per ciascun giorno, quando però non era
» occupato in aggiuto de' prossimi. Il P. Vincenzo Tancre-
» di mi lasciò scritto, che lui aveva osservato tanto essen-
» do nel Collegio di Termini, quanto in quello di Mon-
» reale, il P. Luigi La-Nuza molte volte nascosto le notti
» intiere dietro la scaffe, della libreria perchè la mattina es-
» sendo la porta serrata lo trovava in detta libreria, e
» gli diceva che l'aveva passata in orazione « *Et ibid.* « Due
» volte fu colto nella nostra libreria antica della nostra casa
» professa di Palermo, che facendo l'orazione fu veduto
» con la faccia tutta radiante: « *Et pag.* 11. » Ho rela-

» zione di molte altre parti, che sia stato veduto nell'aprir
» della porta, che lui faceva la mattina, fornita l'orazione,
» con la faccia tutta risplendente. «

343 Jam vero Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 9. *et* 10. perfectæ, seu infusæ contemplationis indicia affirmat desumenda ab ecstasibus et raptibus, si forte contingant: si Servus Dei orando vultum ostenderit tamquam flamma accensum: si orando lacrimatus fuerit: et præsertim a tempore, quo Servi Dei permanent in oratione meditando et contemplando. Nam ait, *mentalis oratio*, *sive meditativa sit*, *sive contemplativa*, *diu durare non potest*, *attenta imperfectione præsentis vitæ*, idque probat ex apocalipsi, et postea prosequitur: *Hæc tamen et similia intelligi debent*, *regulariter loquendo*, *de meditatione et contemplatione acquisita*, *quæ non protrahitur nisi ex speciali Dei favore ad tempus longius: at contemplatio infusa, quæ non est obnoxia impedimentis terrenarum cogitationum*, *tamdiu durat*, *quamdiu a Deo conservatur*, *uti bene explicat Card. de Laurea etc.* variorumque Sanctorum confirmat exemplis *cit. num.* 9.

344 Ex his duo dimanant: I. infusam contemplationem, quæ tamdiu durat, quamdiu a Deo conservatur, humanis mensuris non subjacere: II. statum contemplativorum esse statum perfectorum, ut late idem Summus Pontifex *cit. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 5. Quid autem, quod vitæ adeo contemplativæ Ven. Aloysius La-Nuza activam conjunxerit? Laudatus pariter Summus Pontifex asserit, *triplicem esse vitam activam scilicet*, *contemplativam*, *et mixtam*; *et contemplativam quidem esse præferendam activæ*, *et demum mixtam esse utraque perfectiorem*: idque multis gravissimisque auctoritatibus evolvit *ibid.* num. 4. Sed præcipua mentione dignus est auctor incertus *in tract. de modo bene vivendi cap.* 53. *inter opera S. Bernardi vol. col.* 886. *num.* 128. = *Viri sancti sicut aliquando egrediuntur a secreto contemplationis ad activam vitam*, *ita rursus ab activa vita revertuntur ad secretum intimæ contemplationis*, *ut intus Deum laudent*, *ubi acceperunt unde foris ad ejus gloriam operentur. Sicut Deus vult*, *ut aliquando contemplativi egrediantur ad activam vitam*, *ut aliis proficiant*; *ita aliquando vult*, *ut nemo eos inquietet*, *sed ut quiescant in secreto contemplationis suavissimæ* =. Videat igitur Animadversio, quo tandem objectæ singularitates evadant, ut Ven. Aloysium in perfectorum statu perfectissimum commonstrent.

345 Nescio autem quo pacto ad singularitatem possit illud referri, quod, cum V. S. D. in oppido Carini sacras Missiones ageret, et apud quemdam Dynastam cum sodalibus moraretur, lethali morbo correptus desiderium moriendi in Societatis Collegio nullum ediderit. Certe, uti adnotat Animadversio *cit.* §. 71. *fin.* regulari viro erga claustrum, quod elegit, amore ardendum. Sed puto virum regularem

majore erga Deum, quam erga claustra affectu succensum esse oportere. Immo arbitror præstantiorem illi inesse perfectionem, qui sua voluntate omnino exutus non aliud avet, nisi ut fiat voluntas Dei, et moriatur ubi, et quomodo Deus disposuerit. Deinde etiam in Missionibus in amplexu sodalium, non secus, ac in claustris decedebat. Postremo meminerat Ven. La-Nuza, sic esse Societatis Jesu Alumnum, ut nosset Missionarii partem elegisse. Utquid ergo mori in missionibus, quo nihil Missionario jucundius, atque inter sodales, quibus viro Religioso nihil carius, non desiderasset? Sic duplex optatissimum votum moriendo assequebatur.

346 Reliquum est, ut, vita V. S. D. consummata, de illius morte nonnulla dicenda esse videantur. Quæritur enim *Animad.* §. 72. unde probari possit, Ven. Servi Dei mortem sanctimonia plenam extitisse, et publica testificatione notatam? Ex actis. Etenim cum in cæteris, tum hic maxime sunt locupletissima. Hinc circumstantias antecedentes, concomitantes, consequentes ex iisdem enucleabimus.

ANIMAD. §. 72.

347 Prima circumstantia est, pluribus ante annis tempus, diem, ac circumstantias sui obitus omnes indigitasse: qua de re *Summ. num.* 32. *per tot. et passim. num.* 33.

348 Secunda est causa mortis. Cum enim a diuturno morbo convalescens a Principe Oppidi Carini pro Missionibus rogaretur, morem illi gerendum putavit. Ibi igitur mense Octobri Missiones agens cum concionem habuisset, mox a multis ad audiendas Confessiones expetitus singulorum desideriis satisfacere vellet, singulos sub die excepit, unde pleuritim contraxit, qua occubuit. Sic strenuus miles pugnando vitam finivit. *Summ. num.* 33. §. 67. 12. 13. 40. 47. 48. *ad* 55. 118. 134. 137.

349 Tertiam exhibet iter ab oppido Carini Panormum. Cum enim contra oppidanorum voluntatem Princeps Medicorum consilio profectioni annuens suam lecticam præbuisset, ipsisque oppidanis id efflagitantibus V. S. D. benedixisset, iter faciens diuturno silentio magnam viæ partem cum Deo conjunctus confecit, nullam edidit querelam, immo sodalium moerorem solari satagit. Si autem vocem extulit, non alio fine id egit, nisi ut primo suis vectoribus, deinde in ingressu Panormi occurrentibus ad portam præcepta salutis traderet, et meretrices ad hospitale magnum exemplo subitæ mortis a cæno vitiorum deterreret. *Ibid. a* §. 55. *ad* 56. 135. 136.

350 Quartam exhibet devotissima Sacramentorum susceptio. Nam postridie ejus diei, quo Panormum pervenerat, quique fuit feria quinta, iterumque illucescente feria sexta de Sacramentis suscipiendis admonitus se rite, præmissa potissimum exomologesi præparavit. Itaque magnus fletus factus est omnium inclamantium = *Signore non ci levate il Santo* = dum SS. Sacramentum in Ecclesia sumeretur. Ipse vero V.S.D.

Sacramentum sumere in terra collocatus voluisset, nisi obedientia obstitisset, Confessionem ipse recitavit, cæterisque orationibus devoto tranquilloque animo respondit. Veniam quod non multæ aliorum ædificationi fuisset, est adprecatus. Recepta Sacra Synaxi se in ferventissimam orationem composuit. Post meridiem pari devotione infirmorum oleo inunctus est. *Summ. cit. num.* 33. §. 3. 14 16. 33. 34. 35. 67. 69. 71. 73. 75. 93. 104. 105.

351 Quinta desumitur ex obedientia, siquidem non solum alacri animo acquievit, dum Præpositus descendere vetuit in terram, ut Eucharistiam reciperet; sed etiam tulit, ut potus aquæ ardentissimæ siti extinguendæ denegaretur, et in cæteris Valetudinario ac Medicis se omnino subdidit = *obedientissimo ad ogni cosa, che io di accennava il medicamento da farsi sopra la sua persona = bisognò mettersi al letto all'ubbidienza de' medici, come fece puntualmente in tutta la infermità.* Rogatus a P. Vitale, ut salutaria sibi monita relinqueret, nihil habuit antiquius, quam ut obedientiam erga superiores ac regulas commendaret. Antequam efflaret animam, cum se paulisper lecto levare potuisset, accepissetque responsum = *Padre Luigi, adesso è il tempo di eseguire quel che mi ricordo aver V. R. predicato, che il Signore volle morire inchiodato in una Croce, e per mostrare la costanza nel patire, e per non aver sodisfazione alcuna di muoversi in quell'atto di morire. = Subito il buon Padre mi rispose con dire, molto bene = Ibid.* §. 24. 54. 60. 69. 72. 145.

352 Sextam indigitat patientia et hilaritas, qua morbi dolores substinuit, de qua satis erit audire Fratrem valetudinarium = *In quelli pochi giorni, che visse sotto la mia cura nell'infermeria della casa professa, diede grande esempio di pazienza, e quando era aggravato dal dolore della puntura soleva dirmi ridendo: O che bella lanzata che mi manda Iddio, e gioiva in quelli patimenti = Ibid.* §. 24.

353 Septima oritur ab humilitate. Hujus porro virtutis plurima præbuit documenta. Primum est, quod a captivis servisque invisi gestiebat, immo invitabat, ut perseverantiam doceret, si baptismum suscepissent, si vero adhuc renuissent, ut hortaretur ea usus ratione: *Senti, io ora sto morendo, e non ti dico una cosa per un'altra: sii certo, che non ci è altra strada, nè modo per salvarsi l'anima per tutta l'eternità, che il pigliare il Santo Battesimo; e il vivere da vero Cristiano.* =

354 Contra vero Magnates, qui ad manus V. S. D. osculandas recipiendamque benedictionem frequentes accedebant, ea industria dimittebat, ut acerbissimos dolores tolerare conquereretur. Hæc tamen V. S. D. industria aliis Magnatum industriis superata est, ut captivum manu ducerent, aut Præpositi venia muniti cubiculum subirent. Qui cum ejus se apud Deum intercessioni commendarent, tunc suam vi-

litatem, divinamque justitiam extollebat inquiens = *Io temo non mi danni all' inferno.* =

355 Sed imprimis commemoratione digna sunt, quæ P. Vitalis deposuit: = *Il pregai mi dasse licenza di benedire il popolo, se io andassi alle Missioni, e mi rispose a me non mi nominate. Replicai: almeno V. R. non li benedice li travagli? Rispose, Iddio benedica ogni cosa* = *Sum. cit. num.* 33. §. 17. *ad* 22. 35. 70. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 85. 100. 111.

356 Octavam efficit fervor, quo preces pro moribundis ab Ecclesia præscriptas prosequebatur. Quapropter voluit, ut sibi pedetentim Passio Jesu Christi legeretur, frequenterque illa Oratio = *Maria mater gratiæ etc.* = repeteretur. Ipse interdum litanias, aliasque preces jaculatorias præsertim ad Beatissimam Virginem ac Jesum Chsistum aliosque Cœlites eliciebat: sæpe etiam psalmorum sententias exprimebat: sæpius imagines osculabatur. Illud etiam exoptaverat, ut continuo aqua lustrali aspergeretur. *Ibid.* §. 74. 82. 86. 89. 91. 92. 93. 141. 142. 143.

357 Octava exurgit, ex timore, quem ante mortem concepit, quemque Sanctis etiam Deus permittit. Unde exclamare auditus est = *Valde timeo: moro come un' animale senza aver fatto cosa di buono, nè amato Dio.* = *Ibid.* §. 144. *ad* 149.

358 Nona, ut de circumstantiis concomitantibus loquamur, emanat a tranquillitate, quæ timorem est subsequuta. = *L' ultima notte*, inquit Valetudinarius, *la passò con molta allegrezza, e verso le ore otto di notte, disse chiaramente, che aveva sicurtà della vita eterna* = idque ipsum repetit P. Marius Dominici, qui morienti aderat, *Summ. cit. num.* 33. §. 23. 148.

459 Decimam ergo constituit hæc securitas, qua animam efflavit, ac desiderium, quo ad cælestem patriam anhelabat. Hinc recitato psalmi versiculo = *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus* = oculis in Christo Crucifixo, et imagine Beatissimæ Virginis defixis, die Sabati, festo S. Ursulæ, ut prælixerat, 21. Octobris anno 1656 in domo professa Panormitana placidissime ad Deum evolavit. *Ibid.* §. 2. 4. 8. 26. 32. 35. 39. 44. 87. 89. 107. 112. 118. 121. 147.

360 Undecimam, quæ subsequuta est, circumstantiam prodit os ridens, vultusque tranquillus, ut extaticus appareret. *Ibid.* §. 95. 115.

361 Duodecima oritur ex cælestis gloriæ visione, quæ late *Sum. cit. num.* 33. *a* §. 153. *ad* 157. exponitur.

362 Quæ cum ita sint, jam viderit Animadversio, quam illustris et sanctimonia plena fuerit mors Ven. Aloysii La-Nuza, et quot quamque præclaræ circumstantiæ concurrant, ut demonstrent eos actus morientem V. S. D. edidisse, quibus acquisitus heroicarum virtutum habitus necessario se manifestavit.

563 Fuisse autem non solum humana, sed etiam divina testificatione per miracula illustratum abunde evincunt sequentes Summarii numeri *a num.* 34. *ad num.* 39. *per tot.*

ANIMAD. §. 72. *fin.*

364 Postquam pretiosam in conspectu Domini extitisse Ven. Servi Dei mortem tali modo enucleavimus, videndum remanet, quid tandem obesse possit. Obest, Animadversio inquit §. 72. quod Sacramenta non petierit. At ego reponam, Superiores Societatis Jesu petitionem Ven. Servo Dei præripuisse. Ea enim fuit prima illorum cura, ut paulo post, quam fuerat in Domum professam delatus, de Sacramentorum susceptione commonitum voluerint. Addi potest, ipsum Vener. ægrotum mortem sibi haud subito imminentem prævidisse. At verior causa, quare Sacramenta non petierit, mox patebit. Interim subjungo, Sacramentorum desiderium nullo pacto potuisse illi abesse, qui sæpius in die, dum integra uteretur valetudine, se Sacramentis expiaret, atque roboraret: qui Sacramentis susceptis, sibi orationes ab Ecclesia præscriptas recitari voluit; qui sæpenumero aqua lustrali aspergi efflagitavit.

365 Quare ergo, cum hæc proposcerit, Sacramenta non petiit? Quia illa erant extra regulam; tempus vero pro susceptione Sacramentorum est præfinitum *in regula* 13 *infirmarii*, quæ exigit, ut cum primum Medici admonitu morbus esse gravis agnoscitur, et periculum mortis afferre, moneatur a Superiore æger, ut ad SS. Viaticum convenienti se præparatione disponat. Superioris ergo est hoc tempus exquirere, Medici definire, ægroti autem expectare, ne Medici peritiæ, Superiorum providentiæ diffidere videatur.

366 At enim hujusmodi propositio vix defendi potest in vulgaris virtutis homine; ut in heroe, quem quærimus, prorsus improbanda; idque confirmatur exemplo S. Francisci de Hieronymo: subdit Animadversio §. 73.

ANIMAD. §. 73

367 Seposita regula, neque vulgaris esse virtutis mihi videtur, nullum de Sacramentis suscipiendis emittere desiderium. Posita autem regula, non petere virtutis est heroicæ. Quid enim viro regulari potest est perfectius, quam ea, quæ in regulis continentur, exacte custodire?

368 Verum ego in communi hac perfectione fastigium perfectionis intueor. Qui enim diligentissime adhæret regulæ, propriæ voluntati nuntium remisit. Homo autem sua voluntate plene spoliatus, intima gaudet uniformitate cum voluntate Dei, ut nihil aliud velit quam quod Deus vult, perque regulas manifestat. In hac hominis uniformitate cum Dei voluntate consistit summa perfectionis.

369 Luculentissime id probat P. Alphonsus Rodriquez in suo opere - *Esercizj di perfezione* - quem propterea fastidiosum non erit audire. Integro enim tractatu agit de hac uniformitate cum divina voluntate. qui *tom.* 2. *tract.* 8. *Ibi cap.* 1. *pag.* 521. *edit Taurinen.* 1828 scribit: - Fra tutte le » cose, che c'insegnò Gesù Cristo Nostro Redentore, una

» delle principali si è, che avessimo una piena conformità
» alla volontà di Dio in tutte le cose: e non solo ce l'in-
» segnò con parole, quando insegnandoci ad orare disse:
» una delle cose che avete da chiedere al vostro Padre Ce-
» leste è, *Fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra*; ma
» c' insegnò anche, e ci confermò molto bene questa dot-
» trina col suo esempio, perchè a questo effetto disse Egli,
» che scese dal Cielo in terra: *Descendi de cælo, non ut*
» *faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui mi-*
» *sit me.*

Et cap. 3. *pag.* 531. exponens bona, quæ exinde procedunt, prosequitur; - Primieramente questa è quella vera
» e perfetta rassegnazione, che magnificano tanto i Santi, e
» tutti i Maestri della vita Spirituale, e dicono che è prin-
» cipio e radice di ogni nostra pace, e quiete, perchè rende
» l'uomo soggetto, e lo mette nelle mani di Dio, come
» un pezzo di creta nelle mani del Vasajo, acciò che ne
» faccia quel che vuole: non volendo esser più suo, nè
» viver per se, nè mangiare, nè dormire, nè faticare per
» se, ma fare ogni cosa per Dio, e per piacere a Dio. Or
» questo opera questa conformità, che con essa si abban-
» dona uno in tutto alla volontà di Dio, di maniera tale,
» che altra cosa non desidera, nè procura, se non che in
» esso si eseguisca perfettamente la volontà divina ec.

» Secondariamente chi avrà questa intiera e perfetta
» conformità alla volontà di Dio, avrà acquistato intiera e
» perfetta mortificazione di tutte le sue passioni e male
» inclinazioni. Sappiamo bene quanto è necessaria questa
» mortificazione, e quanto lodata, e commendata dai Santi e
» dalla Scrittura Sacra. Or questa mortificazione è un mez-
» zo che necessariamente si ha da presupporre per venir
» ad acquistar questa conformità colla volontà di Dio: di
» maniera che, questo è il fine, e la mortificazione è il
» mezzo per conseguirla; e il fine principale sempre suol
» essere più alto e più perfetto che il mezzo ec.

» Quindi ne viene per consequenza una cosa, che può
» essere la terza; che questa rassegnazione e intera con-
» formità alla volontà di Dio è il maggiore, il più accet-
» to, e aggradevole sagrifizio, che l' uomo possa fare di se
» a Dio. Perciocchè negli altri sagrifizi offerisce le cose
» sue, ma in questo offerisce se medesimo; negli altri sa-
» crifizi e mortificazioni la persona si mortifica in parte,
» come per esempio nella temperanza, o nella modestia,
» o nel silenzio, o nella pazienza offerisce a Dio una parte
» di se; ma questo è un' olocausto, nel quale uno si of-
» ferisce intieramente e totalmente a Dio, acciocchè faccia
» di lui tutto quello che vuole, e quando vuole, senza ca-
» varne, eccettuarne, o riservarne per se cosa alcuna. E
» così quanto è più pregevole l' uomo delle cose dell' uo-
» mo, e quanto è più pregievole il tutto della parte; tanto

» è più pregevole questo sacrifizio che gli altri sacrifizi e
» le altre mortificazioni. E stima tanto Dio questa cosa,
» che questa è quella ch'Egli vuole e domanda da noi altri:
» *Præbe, fili mi, cor tuum mihi.* »

» Per la quarta cosa, come dicevamo al principio, chi
» avrà questa conformità, avrà eltresì perfetta carità e amor
» di Dio; e quanto più crescerà in esso, tanto più andrà
» crescendo in amor di Dio, e conseguentemente nella per-
» fezione, che consiste in questa carità, e amor di Dio. »

370 Quapropter hanc absolutissimam voluptatum mortificatio-nem nactus erat, acceptissimum hoc de se holocaustum Deo obtulerat, ad hanc perfectam Dei charitatem pervenerat Ven. Aloysius La-Nuza, quum moriens divinæ voluntati, quam regula indigitabat, plene conformatus elicitum Sacramentorum desiderium sibi interdixit.

371 Neque obest S. Francisci de Hieronymo exemplum. Quum mihi in promptu haud essent processus, unde fertur eruta Animadversio, in Angelica Bibliotheca Summarium super virtutibus evolvi, a quo hæc desumpsi. Huic Missionum labores morbum pepererant, quemadmodum in Ven. Aloysio La-Nuza usuvenit. Legitur enim in præfato illius caussæ *Summario num.* 32. §. 1. - *Si raffreddò dal sudore causatogli dai suoi soliti esercizj, e cadde infermo di mal di punta, il quale si trasformò in abscesso o vomica, e finalmente se le aggiunse la idropisia.* - Multiformis hic morbus quindecim menses perduravit: *ibi l.* §. 1. - *questa infermità incominciogli fin dal mese di Marzo* 1715 - §. 8. - *Morì li* 11 *Maggio* 1716. - In morbo chronico, quo per tam diuturnum tempus ægrotanti erat a Sanctissima Eucharistia abstinendum, haud erat pro Sanctissimo Viatico sumendo Medicorum præceptum vi regulæ expectandum. Poterat igitur poscere, ut S. Eucharistia per viaticum administraretur. Neque tamen unquam poposcit - *E' verissimo che il Servo di Dio in quella sua ultima infermità tre volte pigliò il SSmo Viatico* - Sic legitur *in præd. Sum. cit. num.* 32. §. 5. - sic omnes Testes deponunt, quin elicitum Francisci desiderium vel a longe innuant. Duo Sanctus ille moriens desideravit: Primum est quod *ibid.* §. 36. refertur. - *Quando poi ricevè il Sacramento dell' estrema unzione, anche proferì parole dolcissime, e di sommo affetto verso il Signore, e supplicò, che gli facessero guadagnare tutte le indulgenze, le quali gode la nostra Compagnia, e la Congregazione della Missione, della quale era egli Direttore.* - Atque id fuit extra regulam. Alterum *ibid.* §. 59. prostat his verbis: - *Desiderando egli ardentemente ricevere di nuovo il SSmo Viatico dopo l' ultima volta, che quello ricevè, per essere sopravissuto tre o quattro altri giorni, ne fece istanza al P. Preposto . . . . . : gli fece sentire non se ne curasse,* - Atque id ad summum videbitur ultra regulam,

372 In Ven. Aloysio La-Nuza contrariæ sunt omnino circumstantiæ propter morbum acutum, qui subito eum peremit. Quibus in circumstantiis primum Sanctissimæ Eucharistiæ per Viaticum administrandæ a Medico et Superioribus rite ac jure, et cum merito expectavit. S. autem Franciscus de Hieronymo regulis primum servatis, secunda vice, de qua regulæ nihil disponunt, se sacro refici Viatico postulavit.

373 Et quoniam ad exempla vocamur, advertimus primum Causæ Patronum S. Francisci Regis exemplum protulisse. Nos autem in S. Francisci Xaverii exemplo paulisper immorabimur. In Insula Sanciani diem obiit supremum. Morienti neque suæ Societis Alumnus, neque Sacerdos comes aderat. Sine Sacramentis decessit. Attamen Sacramentorum desiderium iis in circumstantiis necessarium videbatur. Non defuisse pro certo habemus. Attamen intus compressit; verbis non elicuit. A nemine quippe ex illius vitæ scriptoribus, neque in Bulla Canonizationis memoratur. Scilicet tali modo divinæ voluntati conformati Societatis Jesu Missionarii commoriuntur.

374 Cum hæc ita se habeant, concludam cum verbis P. Vitalis de Vitalibus *Summ. num.* 20 *pag.* 222. §. 16. - *Posso dire in generale che lui fu esemplare di vita perfetta, ed eminente in ogni virtù, e il suo operare cogli prossimi non impediva il sommo grado di unione con S. D. M., siccome ancora quella sua unione perfettissima non era impedita dal continuo, ed intenso operare, che faceva per l'utilità degli prossimi, dal che a mio giudizio può compararsi, ed assomigliarsi con li primi Compagni del Nostro S. Padre Ignazio, e con li primi Eroi che la nostra Compagnia ha avuto nell' Indie, ed Operaj insigni che si numerano nelle nostre Istorie e siino stati per tutto il mondo.* -

375 Tam eximii Herois virtutes cum ingenii Tui acumen, subierint PIE IX. PONTIFEX MAXIME, minime dubitandum, quin heroicæ sint ineluctabili Tuo decreto declarandæ. Hoc TE Sicilia universa, quæ venerandum pignus possidet, hoc inclita Jesu Societas, quæ hunc florem suo gremio germinavit, humillime orat atque obsecrat. Quorum omnium accensissima vota obsequentissimus exhibet *Pater Augustinus Delacroix Societatis Jesu professus Sacerdos*, *causæque Postulator*, ut novo sidere nostris temporibus opportunissimo fulgeat Ecclesia.

SUMMA RESPONSIONIS

376 Expositis adjumentis, quæ in hujusmodi causis præsto sunt patronis, et oratione quatuor in partes distributa, I. de Præliminaribus, II. de Probationibus, III. de Virtutum relevantia, IV. demum de obstativis agendum proponit Exordium §. 1. 2. 3.

377 *Prœliminaria*, quæ I. partem conficiunt, processus omnes in hac caussa adornatos, cunctasque extrajudiciales attestationes de V. S. D. gestis exaratas requirunt. Quoad processus plurimis tum negativis, tum positivis argumentis con-

ficitur, nullos præter exhibitos exaratos fuisse processus a §. 4. *ad* 11. suspicionesque inde exortæ, quod P. Postulator Frazzetta mandatum habuerit judiciales sumendi informationes apud omnes Siciliæ Antistites, quodque Ven. Dei Servus totam Siciliam Missionibus peragraverit, propulsantur *a* §. 12. *ad* 17. Quoad vero extrajud.ciales attestationes, quæstio instituitur de illarum authographis, quæ partim habentur in actis, partim perierunt, et quibus perquirendis, si existerent, judicialem inquisitionem petere decretis nostris vetitum est Postutatoribus *a* §. 18. *ad* 31. Postremo doli mali suspicionem ob Præparatoriæ Congregationis dilationem nullum habere posse locum probatur, legitimæque ejus moræ causæ subjiciuntur *a* §. 32 *ad* 35.

378 In II. parte, quæ est *de probationibus*, Testes sive Ordinarii, sive Apostolici excipiuntur, ne in linea æqualis probationis conjungantur ad effectum, ut duo tantum miracula decernantur. Exceptionibus hujusmodi diluendis duo opponuntur articuli §§. 36. 87.

379 *Articulus primus* agit de Testibus Ordinariis. Hi cum sint omnes *de visu* ex Benedictino decreto anni 1754. in linea æqualis probationis cum Apostolicis conjungendi, si nullam neque in personis, neque in dictis exceptionem patiantur, Itaque exceptiones contra personas parantur, quarum ea prima est, quod Testes maximo numero sint Societatis Jesu Alumni. Verum id necessarium §§. 38. 39. 40. 41. simulque falsum evincitur *a* §. 42. *ad* 50. juribusque a partium studio hi Testes domestici, prout desiderabat Animadversio, vindicantur §. 51. Altera exceptio est, quod Testes haud rite fuerint a Judicibus examinati. Si prima exceptio multo cannabe fuit ad personæ qualitatem trahenda, altera profecto illuc spectare non potest, cum nemo non intelligat ad actorum validitatem pertinere. Unde Testes in personis manent inexcepti: §§. 52. 58. 54.

380 Attamen ut in objecta examinum forma insistamus, defecisse in ea Judices Ordinarii Panormitani dicuntur, tam qui anno 1660., quam qui anno 1667. processuum constructioni præfuerunt. Omnem de singulis his processibus quæstionem dimittere possemus, propierea quod legitime fuerit eorum validitas a S. Congregatione approbata §§. 55. 56. 57. Singulos autem inspiciendo, Quoad primum processum anno 1660. dicimus, id nostris disciplinis rejiciendum, in quo fuerit erratum, unde Testes unde vigiati ex communi sensu quamvis minime dolose §. 68. *ad* 71. deponentes expungimus; id admittendum, quod rite factum cognoscimus, quo pacto quinque reliquos Testes ad probationem admittendos defendimus *a* §. 58. *ad* 71. quin illis obesse possit prætensa Judicis iniquitas, cujus cæteroquin scientia integritas, præcipueque in munere exercendo fides sustinetur *a* §. 72. *ad* 79. Quoad vero secundam Ordinariam inquisitionem Panormi anno 1667. contextam, jam imprimis

concessimus, Testem XC. P. Michaelem Frazzetta, utpote Postulatorem esse ad simplex adminiculum admittendum, etsi plures tituli idoneitatem veri Testis eidem attribuant a §. 80. ad 84. De Testibus autem I. XXIX. LXIV. illud tuemur, eatenus esse in Testes idoneos recipiendos, quatenus nulliter in primo processu, et ad alium finem, et cum aliis interrogatoriis examinati, legitime in alio ordinario processu ante dicicita testificata repeti potuerunt a §. 85. ad 88., et tribus etiam hisce testibus ex albo deletis, directa tamen virtutum probatio non deficit §§. 89. 90.

381 Exceptiones contra Testium dicta eo rediguntur, ut hic Testis LXIV. in suo examine et secum, et cum historico P. Frazzetta pugnet: id utrumque refellitur a §. 91. ad 96. Quapropter ad hanc partem, quæ respicit dicta Testium, confirmandam a R. P. Fidei Promotore adjicitur, eos modice de specificis, et heroicis virtutum actibus, locupletissime de donis supernaturalibus, quæ virtutes supplere nequeunt, deposuisse. At specifica, et heroica deposuisse Testes facto constat a §. 97. ad 104. multisque probatur, seclusa etiam vitæ innocentia, et a peccatis venialibus deliberatis immunitate, quæ cæteroquin juridice probatur §§. 105. 106. 107. Deinde novus Elenchus, ut plurimum prodit virtutum actus, non dona: recenset quandoque dona, quæ necessariam cum virtutibus habent connexionem: dona Spiritus Sancti sive gratum facientia, sive gratis data heroicum virtutis habitum portendere, multis ostenditur a §. 108. ad 120.

382 *Articulus secundus* quinque Testes Apostolicos tuetur ex noveni, qui sunt *de auditu a videntibus*, præter alios, qui etsi non semper, plerumque tamen eadem causa scientiæ deponunt. In eo itaque asseritur, specificos virtutum actus plane ac directe per hos quatuor, cæterosque inexceptos Testes probari a §. 121. ad 137. quinque autem illis Testibus conciliatur vehemens ac violenta præsumptio juris et facti quæ ex Textu *pro certitudine est habenda*: a §. 138. ad 141. postremo Testes etiam de fama in genere rogati defenduntur a §. 142. ad 149.

383 In III. parte, cui *de virtutum relevantia* titulus, probamus virtutum actus in medium positos non esse paucos, at nimios a §. 150. ad 155. singulariterque heroicos a §. 156. ad 168., præcipue ob vitæ innocentiam, quæ jure ac facto ostenditur, aliosque characteres a §. 169. ad 191.

384 In IV. parte, quæ de *obstativis* inscripta est, proditur quo animo Turcis adultis morituris Ven. Aloysius sollicitudinem collationis baptismi commendaret a §. 192. ad 217. vindicatur integra V. S. D. fides in Sacramentorum administratione præsertim quoad pœnitentiæ impositionem a §. 218. ad 268. quod duobus peccatoribus in sacramento confitentibus spoponderit, se pro illis satisfacturum a §. 218. ad 268. quod ad recipienda Pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacramenta

induxerit viduam, quæ recusabat *fare la remissione* : *a* §. 269. *ad* 276.

385 Vindicatur item V. S. D. charitas sive ex prætensa personarum acceptione, quod fœminarum confessiones audire recusabat *a* §. 177. *ad* 287. sive ex omissione fraternæ charitatis tum erga rhedarium, tum erga discipulum *a* §. 288. *ad* 294. sive ex immoderatione inter corrigendum tam Pro-Regi Siciliæ, quam impudicæ mulieri exhibita *a* §. 295. *ad* 303. sive ex immodicis Missionum laboribus, quibus V. S. D. Sodales erant obnoxii *a* §. 304. *ad* 306. sive ex donorum supernaturalium occultatione §. 307. sive ex supposito desiderio moriendi in loco, ubi esset ab omnibus derelictus §. 308. sive ex duris sui corporis castigationibus: §. 309.

386 Vindicatur deinde prudentia, unde V. S. D. epistola ad Agrigentinam Monialem, pro qua onus satisfaciendi susceperat, ab omni imprudentia immunis probatur §. 310. 311. et Virgines periclitantes cum conversis Mulieribus simul collocasse falsum contenditur : §. 312. atque insuper probatur, prudentissime egisse, quod vulneratam meretricem a P. Faso Ord. Præd. in tuto collocatam secunda vice invisere noluerit, sed opus inceptum eidem absolvendum reliquerit §. 313. 314. quod de mendicis elemosinam petentibus dictitaret = *bisogna lasciarsi gabbare* = §. 315. Quod adolescenti in Societate Jesu perseveranti, atque in re ardua obedire recusanti, vaticinatus fuerit = *non sarete buono per Gesuita* = §. 316.

387 Defenditur præterea V. S. D. religio ex tempore, quo missam celebrabat, et pedes ministri osculatus aliquando fuit *a* §. 317. *ad* 321.

388 Non fortitudo, sed animus in sua protuenda sententia obfirmatus excluditur ex facto, quando V. S. D. judicium de missionibus anno 1653 Panormi agendis Præposito remisit §. 322.

389 Ostenditur V. S. D. humilitas in illo dicto = *stimo più la mia scarpa, che la corona, ed anche la mitra del Papa* = §. 323. 324. et in illo alio de Societatis Jesu obedientia = *questa è l' impronta dei veri figlioli di S. Ignazio, questa ci distingue da qualunque altro religioso istituto* §. 325. 326.

390 Probatur, V. S. D. naturam nullo fuisse impedimento, quominus de virtute in virtutes proficeret, immo ex ipsa natura profectum commendari *a* §. 327. *ad* 329.

391 Itaque refutantur mores superbi §. 330. ira atque impatientia §. 331. 332. temerarium judicium §. 333. dicteria dolosa §. 334.

392 Postremo defenditur observantia constitutionis, ac votorum præsertim paupertatis *a* §. 335. *ad* 337. et castitatis *a* §. 338. *ad* 340. ac reliquarum constitutionum, de quibus agentes objectam V. S. D. in oratione singularitatem fuisse perfectissimam contemplationem, quam nemo, nisi in omni-

bus virtutib us extiterit heros, assequitur, multis evincitur a §. 341. *ad* 344. Ad ultimum protuemur, potuisse optare, ut in Missionibus potius, quam in claustris moreretur, §. 345.

393 Exacta V. S. D. vita, venimus ad mortem, cujus antecedentes, concomitantes, subsequentes enumeravimus circumstantias, ut sanctimonia plenam, et publica testificatione notatam, demonstraremus *a* §. 346. *ad* 363. Quod vero Ven. Aloysius ægrotans nullum de suscipiendis sacramentis desiderium emiserit, id ad apicem perfectionis convertimus, exemplisque confirmavimus *a* §. 364. *ad* 375.

Quare ec.

Franciscus Bartoleschi Adv.
Joannes Rosatinius

REVISA

Petrus Adv. Minetti S.R.C. Ass. et S. Fidei Sub-prom.

NOVISSIMUM
SUMMARIUM
ADDITIONALE

Num. 1.
Fides Cancellarii Episcopalis Mazariensis, qua testatur nullum in illa Curia reperiri processum informativum de Ven. Aloysio La-Nuza.

I. M. I. Ego infrascriptus Canonicus Vitus Adragna Cancellarius sive Archivista Illmi et Rmi Domini Episcopi Mazarien. D. AntoniiSalomone fidem facio, ac verbo veritatis testor, medio etiam juramento quamcumque possibilem diligentiam fecisse pro reperiendis, siqui reperiri possent, in hac Episcopali Cancellaria quibuscumque processibus informativis confectis super sanctitate vitæ, virtutibus, et miraculis, ac donis supernaturalibus Ven. Servi Dei P. Aloysii La-Nuza Sacerdotis professi Societatis Jesu, neque ullum prorsus reperire valuisse, sive reperisse; et si aliquis de prædictis processibus in quopiam loco hujus Cancellariæ existeret, ob hujusmodi exactas diligentias, tum alias, tum in præsens expletas fieri nequaquam potuisset, quin ad meam notitiam aut manus pervenisset: ex quo fundatissime insuper inducitur, quod hujusmodi processus neque in hac civitate neque in alio loco hujus Diœcesis compilati fuerint: quia si alibi confecti fuissent, illorum autographa sive originalia ad hanc ipsam cancellariam et Archivum indubitanter transmissa fuissent, prout præscribitur in decretis generalibus Sa: Me: Urbani VIII. et cohærenter ad illa fert usus, et stylus, et consuetudo hujus Regni Siciliæ. In quorum omnium et singulorum fidem præsentem testificationem feci et facio medioque juramento declaro, ac me subscribo, solitoque, quo utor signo, seu sigillo communivi hac die 17. Octobris 1845.

Can. Vitus Adragna Cancellarius

Loco † Sigilli

Legalitas

Nos: D. Antonius Salomone Sacræ Theologiæ Doctor, Dei et S. Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Mazariensis, Sanctissimi Domini Nostri Prælatus domesticus, et Pontificio Solio Adsistens etc.

Universis et singulis has præsentes nostras testimoniales literas inspecturis, lecturis, pariterque auditturis fidem facimus, atque testamur, supradictam fidem

fuisse et esse vere subscriptam manu propria suprascripti Canonici D. Viti Adragna Archiviarii Nostri Archivii Episcopalis, qui munus prædictum in hac civitate publice exercuit, atque exercet firmis fidibus et subscriptionibus cujus tamquam autenticis in judiciis et extra plena atque indubia adhibenda est fides. In quorum etc. Dat. Mazarae ex Nostro Episcopali Palatio die 18. Octobris 1845.

Antonius Episcopus

Loco † Sigilli

Num. 2. Fides Cancellarii Episcopalis Platiensis idem contestantis.

Il Cancelliere della Gran Corte Vescovile della Diocesi di Piazza certifica con giuramento, che perquisite tutte le carte e scritture esistenti in questa Vescovile Cancellaria di Piazza, e fatte tutte le possibili diligenze e ricerche trattanti la Beatificazione del Venerabile Servo di Dio P. Luigi La-Nuzza Sacerdote Professo della Compagnia di Gesù, non trovarsi carta o scrittura alcuna, e che non esistono Processi Informativi in nessun conto sulla santità della vita, sulle virtù, e sui miracoli, e doni sopranaturali di esso Servo di Dio. E perchè costi ove di ragione, si rilascia il presente, In Piazza li 16. Ottobre 1845.

Michele Canonico Cantella Cancelliere

Legalitas

Visto = M. D. Pier Francesco Cas.., Vescovo

Loco ✠ Sigilli

Calatagirone li 16. Ottobre 1845.

Num. 3. Fides Cancellarii Episcopalis Calatayeronensis idem contestantis.

Da me Infrascritto Cancelliere di questa Gran Corte Vescovile di Calatagirone si fa certa, ed indubitata fede con giuramento tacto pectore more Sacerdotali, qualmente perquisiti da me gli atti tutti del mio Officio, non ritrovo processi informativi in nessun conto sulla santità della vita, sulle virtù, sui miracoli, o doni superoaturali del Ven. Servo di Dio P. Lui- La-Nuzza Sacerdote Professo della Compagnia di Gesù. E per costare ove si convenga si è fatto il presente. Oggi in Calatagirone il giorno mese ed anno di sopra.

C Pietro Interlandi Cancelliere

Legalitas.

Visto = D. Benedetto Denti Vescovo di Calatagirone

Loco † Sigilli

Num. 4. Fides Cancellarii Episcopalis Calata-

Testor Ego Infrascriptus Pro Cancellarius et Vice-Archivarius hujus Rmæ Curiæ Calatanisiadensis, qualiter perquisitis et diligenter perlectis omnibus, et qualibet charta in hoc Archivo et Cancellaria Epi-

scopali existentibus nihil inveni quod vitæ et moribus Servi Dei P. Aloysii La-Nuzza Societatis Jesu relationem dicat. Et hæc omnia cum juramento confirmo, ut constent cui de jure. Datum Caltanixettæ Curia ex Episcopali die 2. Novembris 1845.

Pro-Cancellarius et Vice-Archivarius Sacerdos Raphel Gioè.

Vidit et confirmavit

D. Dominicus Mazzarella Vicarius Generalis

Loco † Sigilli Episcopalis

nisiadensis idem contestantis.

Legalitas.

Num. 5.
Fides Cancellarii Episcopalis Notensis idem contestantes.

Si certifica da me sottoscritto Cancelliere della Città e Diocesi di Noto a tutte le autorità costituite, e molto più a chi spetta osservare il presente, qualmente a richiesta del Padre Giuseppe Spedagliere Provinciale della Compagnia di Gesù, a cui si rimette la presente; perquisito avendo i registri ed atti di detta Cancellaria Netina, e fatto le possibili diligenze e ricerche in detto Archivio Vescovile non ho trovato Processi Informativi in nessun conto sulla santità della vita, sulle virtù, e su i miracoli, doni sopranaturali del Servo di Dio P. Luigi La-Nuza Sacerdote professo di detta Compagnia di Gesù.

Acciò costi ove convenga si è fatto il presente da me scritto e sottoscritto. Oggi in Noto che corrono li 14. Novembre 1845.

Il Cancelliere Canonico Paolo Passarello

Visto pella legalità della firma del mio Cancelliere Canonico Passarello

Ginseppe Menditto primo Vescovo di Noto

Loco † Sigilli

Legalitas

Num. 6.
Fides Cancellarii Episcopalis Nicosiensis idem contestantis.

Io sottosegnato Cancelliere della Gran, Corte Vescovile di Nicosia attesto con giuramento *tacto pectore more Sacerdotali* a chi si appartiene esaminare questo attestato, qualmente tra gli atti tutti della Cancellaria Vescovile non si trova nessun processo Informativo riguardante la santità, la vita, le virtù e i doni sopranaturali del Ven. Servo di Dio P. Luigi La-Nuza della Compagnia di Gesù, ne può trovarvisi, poichè detta Diocesi di Nicosia fu stabilita nel 1717. In conferma quindi della verità ho scritto, firmato, o suggellato col suggello Vescovile questo attestato. Dato in Palermo addì 4. di Novembre del 1845.

Sacerdote Gaetano Benza Cancelliere

Visto = Rosario Vescovo di Nicosia

Loco ✠ Sigilli

Legalitas

Num. 7.
Fides Adm. R.P.D. Archivarii Domus Professæ Romanæ quoad processus et attestationes extrajudiciales attestantis.

Ego Infrascriptus Præfectus Archivii Domus Professæ Societatis Jesu testor, et affirmo post adhibitam sedulo diligentiam nullum omnino invenisse processum informativum relate ad Ven. Servum Dei Aloysium La-Nuza Sacerdotem Professum Soc. Jesu, neque me scire, aut ab aliis audivisse in hoc Archivio nostro unquam extitisse hujusmodi extrajudicialem aut informativam, ut ajunt, de Ven. Servo Dei attestationem. In quorum fidem hanc mea manu testificationem feci, et sigillo nostræ Societatis munivi. Romæ in Domo Professa S. I. die 29. Junii 1846.

Josephus Boero Soc. Jesu ut supra

Loco † Sigilli

RE V IS A

Petrus Minetti S. C. Adv. electus S. R. C. Ass. et S. F. Sub-prom.